...*Поэтъ* разумѣетъ Медею, которая, послѣдовавъ за Иасономъ, отплыла съ Аргонавтами; этимъ онъ обозначаетъ, что тамъ неизвѣстны отравленія.

[HELENIVS ACRO].

[ГЕЛЕНІЙ АКРОНЪ].

[Подъ именемъ Геленія Акрона извѣстны схолія къ Горацию, которыя варьируются въ разныхъ рукописяхъ. Въ основѣ ихъ, быть можетъ, лежитъ *одно* собраніе схолій, составленное какимъ-либо грамматикомъ. Ср. Schanz, Gesch. d. Röm. Litter. III, p. 149.—Текстъ: Acronis et Porphyrii commentarii in Q. Horatium Flaccum. Ed. Ferd. Hauthal. 2 vv. Berol. 1864—66].

Carm. I, 7, 10... Post matricidium Orestes cum fugeret, adiit oraculum de sanitate; oraculum respondit sic eum posse sanari, si Dianae Scythiae de Taurica simulacrum auferret profectus. Ibi erat soror eius sacerdos, quae advenas immolabat; agnovit fratrem, percipit illi, interrogavit, cur venisset, ille indicavit. Abstulerunt simulacrum, simul soror est secuta...

...Орестъ, бѣжавъ послѣ матереубійства, обратился къ оракулу съ *вопросомъ* о выздоровленіи; оракулъ отвѣтилъ, что онъ можетъ выздоровѣть въ такомъ случаѣ, если отправится и увезетъ изъ Таврики кумиръ Скиѣской Діаны. Тамъ была жрицею его сестра, которая приносила въ жертву пришельцевъ; она узнала брата, пощадилъ его и спросила, зачѣмъ онъ прибылъ; онъ объяснилъ. Они увезли кумиръ, и вмѣстѣ послѣдовала сестра...

Carm. I, 22, 7. Caucasus mons Scythiae...¹⁾.

Кавказъ — гора въ Скиѣи...

Carm. I, 35, 9. *Dacus asper*. Gens iuxta Istrum fluvium degens aspera bellis... *profugi Scythae*. ab orbe sepositi et in mundi extimo constituti.

Суровый Дакъ. Племя, живущее близъ рѣки Истра, суровое въ войнахъ... *Былцы въ Скиѣи*: удаленныя отъ населенныхъ странъ и живущія на краю свѣта.

Carm. II, 9, 20. *et rigidum Niph*. Scythiae fluvius: plerique montem Armeniae putant...

И суровый Нифатъ. Рѣка въ Скиѣи. Большинство полагаетъ, что это — гора въ Арменіи.

Carm. II, 11, 1. *et Scythes*. Scythae gens septentrionalis.

И Скиѣтъ. Скиѣты — племя сѣверное.

Carm. II, 13, 8. *Venena Colcha*. A loco, et species est pro genere. Colchis enim Scythiae civitas, ex qua Medea fuit venenis et magica arte potens.

Колхидскіе яды. Отъ мѣста, и видовое попятіе виѣсто родового. Ибо Колхида — государство въ Скиѣи, изъ котораго происходила Медея, могущественная ядами и магическимъ искусствомъ.

1) Quae sequuntur pessime corrupta sunt. Vide ed. Hauthal.

Carm. II, 20, 16. *Hyperboreosq. c. Thracios. Hi ultra Aquilonis flatus septentrioni subiacent...*¹⁾

Иперборейскія п.: Тракійскія. Она лежать на *крайнемъ* сѣверѣ за дуновеніями Аквилона...

Carm. III, 4, 35. *pharetratos Gelonos. Geloni gens Scythiae sagittis potens, ut [Verg. G. II, 125]: Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.* — 36. *annem. Tanaim [aut Histrum], de quo Verg. [G. III, 349]: [qua Scythicae gentes Maeoticaque unda] Turbidus et torquens flaventes Hister harenas.*

Вооруженныхъ колчанами Гелонъ. Гелоны — скиѣское племя, сильное стрѣлами, какъ [говоритъ Вергілій]: И то племя, не медлительное, когда возьметъ колчаны.

— *Рѣку*: Танаидъ [или Истръ], о которомъ [говоритъ] Вергілій: [Гдѣ Скиѣскія племена и Мэотійская волна] и мутный Истръ, катящій желтые пески.

Carm. III, 10, 1. *Extr. T. Ultimum. Tanais enim flumen Scythiae dicitur, qui est Danubius, per cuius commemorationem vult intellegi barbari animi mulierem.*

Крайній Т. Самый отдаленный. Ибо Танаидомъ называется рѣка *въ* Скиѣи, она же и Давубій; ся упоминаемъ *поэтъ* хочетъ обозначить варварскій характеръ женщины.

Carm. III, 24, 9. *camp. melius Scythae. Scythae campestris dicti ideo, quod in campis sine tectis sub tentoriis vivant, quae carpentis moventur, ut Sallustius in tertio²⁾: quibus plaustra sedes sunt.*

Лучше полевые Скиѣи. Скиѣи названы полевыми потому, что живутъ въ поляхъ безъ жилищъ подъ палатками, которыя передвигаются на повозкахъ, какъ *говоритъ* Саллустій въ 3-й книгѣ: у которыхъ повозки служатъ жильемъ.

11. *rigidi Getae. Fortes, asperi propter frigidam regionem...*

Холодные Геты: сильные, суровые вследствие холодной страны...

Carm. III, 29, 28. *Tanaisque discors. Tanais flumen influens in Maeotides paludes. Discors autem ideo dictum, quia discernit Europam et Asiam, sive quia incolae regionis illius feroces sunt et frequentiter inter se discordia colliduntur.*

И враждебный Танаидъ. Танаидъ — рѣка, вливающаяся въ Мэотійскія болота. *Discors* названа она потому, что разделяетъ Европу и Азію, или потому, что жители той страны свирѣпы и сталкиваются между собою въ частой враждѣ.

Carm. IV, 4, 61... Colchorum quoque monstro eos [sc. Romanos] comparat, ubi satis draconis dentibus armati de terrae sulcis [viri] egressi sunt, quos Iason Medae arte superavit...

... *Поэтъ* сравниваетъ ихъ [т. е. Римлянъ] также съ чудомъ въ Колхидѣ, гдѣ послѣ посѣва зубовъ дракона изъ бороздъ земли вышли вооруженные люди, которыхъ Иасонъ одолѣлъ при помощи искусства Меден...

Carm. IV, 15, 22... *Getae. Gothi.*

Геты: Готы.

Epod. III, 10—12. *mirata est ducem— Iasonem. Adamavit, quem super omnes*

[*Меден*] *изумилась вождю — Иасону.* Полюбила. *Поэтъ* обозначаетъ, что онъ,

1) Cf. supra Porf. commentum.

2) Hist. III, fr. 51 Dietsch.

maleficiorum herbas alio perunctum tauros
ignem spirantes naribus iunxisse significat.

будучи сверхъ всѣхъ волшебныхъ зелий
намазанъ чеснокомъ, запрягъ быковъ, вы-
дыхавшихъ изъ ноздрей огонь.

Epod. V, 21. *herbasq. q. Iolcos aut
Hiberia. [Iolcos] civitas Ponti est herbis
veneficis abundans ... Nam et hic quidam
volunt Hiberiam non Hispaniam dictam,
sed Ponto civitatem vicinam ...*

И травы, которая Иолкъ или Иверія.
Иолкъ — страна въ Понтѣ, изобилующая
ядовитыми травами... Ибо и здѣсь нѣко-
торые полагаютъ, что Иверіей названа не
Испанія, а страна сосѣдняя съ Понтомъ...

Epod. V, 65. *cum palla.* Alii vesti-
mentum, alii coronam oblatam a Medea
volunt infectam venenis, qua sumpta [acci-
piens] periret incendio. [«Iason filius Aeso-
nis profectus Colchos cum quibusdam Grae-
corum fortissimis ad rapiendum vellus au-
reum, quod Phrixus Marti sacraverat, a
Medea magicae artis peritissima amatus
est. Cuius auxilio Iason, promissa amoris
sui perpetuitate, Draconem, qui iussu Mar-
tis servando velleri aureo custos fuerat
affixus, occidit: et proscisso agro, duobus
ignem efflantibus tauris indomitis, et semi-
natis inibi dentibus Draconis, nati sunt Gi-
gantes, qui primum impetum fecerunt in
Iasonem, sed tandem se mutuis vulneribus
occiderunt, postea autem vellere accepto,
et spreta laboris sui adiutrice, Glaucen
Creontis filiam sibi duxit uxorem. Unde
Medea dolore contacta geminos sui amato-
ris filios, quos ex Glauce genuerat, occidit
et in Phasin fluvium mortuos mersit, prius
veneno necata pellice; nam veste veneno
delibuta Glaucen ipsum fecerat indui, cuius
incendio turpiter periit.»¹⁾

Съ плащемъ. По мнѣнію однихъ —
одежда, по другимъ — вѣнецъ, пропитан-
ный ядами, былъ поднесенъ Медеей, и
Главка, взявъ его, погибла отъ огня. [Ja-
сонъ, сынъ Эсона, отправившись съ нѣко-
торыми греческими богатырями для пох-
щенія золотого руна, которое Фриксъ по-
святилъ Марсу, внушилъ любовь Медеѣ,
весьма опытной въ магическомъ искус-
ствѣ. Съ ея помощью Иасонъ, обѣщавъ ей
вѣчную любовь, убилъ дракона, который
по повелѣнію Марса былъ приставленъ
стражемъ для охраны золотого руна; за-
тѣмъ, когда онъ вспахалъ поле при по-
мощи двухъ неукротимыхъ быковъ, выды-
хавшихъ огонь, и посѣялъ тамъ зубы дра-
кона, изъ нихъ родились Гиганты, которые
сначала напали на Иасона, но затѣмъ
истребили себя взаимными ранами. По-
томъ, получивъ руно и презрѣвъ помощ-
ницу своего подвига, *Иасонъ* взялъ себя
въ жены Главку, дочь Креонта. Вслѣдствіе
этого Медея, пораженная скорбію, убила
двухъ сыновей своего любовника, рожден-
ныхъ ему Главкою, и бросила мертвыхъ
въ рѣку Фасидъ, предварительно умерт-
вивъ ядомъ наложницу: именно, она за-
ставила Иасона одѣтъ Главку въ пропитан-
ное ядомъ платье, при сгораніи котораго
та погибла позорною смертію].

1) «Verba Iason — periit om. AR12G, rnvca, neque in ВФУ, С leguntur. Fabricius ea intulit». Hauthal.

SCHOLIA VINDOBONENSIA

AD

ARTEM POETICAM.

ВЪНСКІЯ СХОЛІИ

КЪ

СОЧ. О ПОЭТИЧЕСКОМЪ ИСКУССТВѢ.

[Тексты: Scholia Vindobonensia ad Horatii artem poeticam ed. Ios. Zechmeister. Vindob. 1877. 8^o].

V. 118. Colchos est insula maleficiis apta, unde fuit Medea malefica...

Колхъ — островъ удобный для злодѣяній, откуда была злодѣйка Медея.

V. 124. [Orestes matre interfecta] agittatus est furibus, donec Pylades, socius eius, duxit eum ad templum Dianae; et ibi liberatus est.

[Орестъ по убіеніи матери] былъ гонимъ фуриями, пока его другъ Пиладъ не привелъ его къ храму Діаны; и тамъ онъ былъ освобожденъ.

185... hic tangit fabulam talem. Pelias et Aeson fuerunt fratres, cuius Aesonis filius fuit Iason, quem Pelias adoptavit, quia filio caruit, tamen ipse propriis timens filiabus, ne Iason eo mortuo exhereditaret, omnino opposuit eum multis periculis. unde ad Colchos insulam pro aureo vellere misit; nam periculo acquiri debebat: scilicet domandi erant tauri et cum eis campus arandus; post serpentine dentes in galea positi seminandi; deinde cum nata segete pugnare; post vero deberet sopiri pervigil draco. quae omnia Iason Medcae, filiae regis Colchici Aetiae, consilio fecit, quia sibi coniugium promisit. quae in discessu Iasonis timens persecutionem patris accepit Absyrtum fratrem suum, cuius caput et ora et membra laceravit et proiecit ante ora patris, cum sequeretur eam. quam postquam duxit domum, senem Iasonis patrem fecit iuvenem. inde odio commota, quia Pelias multa pericula Iasoni opposuerat, promisit filiabus eius iuvenilem aetatem reddere Peliae. quo interfecto a propriis filiabus ascendit currum et evasit pennatis serpentibus trahentibus currum. inde Iason factus infamis dimisit eam et duxit filiam Creontis. cui misit Medea vestem, qua combusta est, et odio illius interfecit filios quos ab eo habuit.

...Здѣсь поэтъ затрогиваетъ такой мифъ. Пелій и Эсонъ были братья; у Эсона былъ сынъ Іасонъ, котораго усыновилъ Пелій, потому что не имѣлъ сына. Но, боясь за своихъ дочерей, чтобы Іасонъ послѣ его смерти не лишилъ ихъ наслѣдства, подвергъ его вообще многимъ опасностямъ. Поэтому же онъ послалъ его къ острову Колхамъ за золотымъ руномъ, такъ какъ добыть его должно было съ опасностью: имѣло, нужно было укротить быковъ и съ ними вспахать поле; затѣмъ посѣять змѣиные зубы, положенные въ племъ; потомъ сразиться съ выросшимъ посѣвомъ и наконецъ усыпить вѣчно бодрствующаго дракона. Все это Іасонъ исполнилъ по указаніямъ Медеи, дочери колхійскаго царя Энта, потому что обѣщала ей бракъ. При отъѣздѣ Іасона она, боясь преслѣдованія отца, взяла съ собою брата своего Абсирта, голову, лицо и члены котораго растерзала и бросила предъ лицомъ отца, когда онъ ее преслѣдовалъ. Когда Іасонъ привезъ ее домой, она сдѣлала юношею старика, отца Іасонова. Затѣмъ, движимая ненавистью за то, что Пелій предложилъ Іасону много опасныхъ подвиговъ, обѣщала его дочерямъ возвратить Пелію юношескій возрастъ. Когда онъ былъ убитъ собственными дочерьми, она взшла на колесницу и улетѣла на крылатыхъ змѣяхъ, везшихъ колесницу. Затѣмъ Іасонъ, покрытый за это позоромъ, отослалъ ее и взялъ замужъ дочь Креонта. Ей Медея послала одежду, которою она была сожжена, и изъ ненависти къ Іасону убила сыновей, которыхъ имѣла отъ него.

ALBIVS TIBVLLVS.

АЛБІЙ ТИБУЛЛЪ.

[Поэтъ Августова вѣка. Годъ его рожденія въ точности не извѣстенъ; обыкновенно полагаютъ, что онъ род. около 54 г. до Р. Хр., а ум. въ 19-мъ, вскорѣ послѣ Вергілія. Съ именемъ Тибулла дошло до насъ 4 книги элегій, изъ коихъ, впрочемъ, безспорно принадлежащими ему считаются только первыя двѣ книги. Авторъ цитуемой ниже 3-ей книги называетъ себя *Lugdatus*, но это, по всей вѣроятности, псевдонимъ. — Текстъ: *Albii Tibulli elegiae cum carminibus pseudotibullianis*. Ed. E. Hiller. Lips. 1885].

ELEGIAE.

ЭЛЕГИИ.

Lib. III c. 4 v. 91 commemoratur «barbara Scythiae tellus».

III, 5.

23. Elysios olim liceat cognoscere campos
Lethaeamque ratem Cimmeriosque
lacus,
cum mea rugosa pallebunt ora senecta
et referam pueris tempora prisca
senex...

...Да будетъ мнѣ позволено нѣкогда
познать Елисейскія поля и плоть Леты
и Киммерійскія озера, когда мое лицо по-
блѣднѣетъ отъ морщинистой старости, и
я, старикъ, буду рассказывать дѣтямъ о
стародавнихъ временахъ...

III, 7 (= IV, 1. Panegyricus Messallae).

64. Cimmerion etiam obscuras accessit ad
arcis,
quis numquam candente dies apparuit
ortu,
seu supra terras Phoebus seu curreret
infra...

...Онъ пришелъ также къ темнымъ
твердынямъ Киммерійцевъ, которымъ ни-
когда не появлялся день на свѣтломъ вос-
токъ, неся ли Фебъ надъ землею, или
подъ нею.

146. Quaque Hebrus Tanaisque Getas rigat
atque Magynos.

...И гдѣ Гебръ и Танаидъ орошаетъ
Гетовъ и Магиновъ...

SEXTVS PROPERTIVS.

СЕКСЪ ПРОПЕРЦІЙ.

[Знаменитый элегическій поэтъ Августова вѣка, род. около 50 г. до Р. Хр., ум. около 15 до Р. Хр. Отъ него сохранились 4 книги элегій, которыя, впрочемъ, нѣкоторые изъ новыхъ ученыхъ вслѣдъ за Лахманомъ дѣлятъ на 5 книгъ. — Текстъ: *Satulli Tibulli Propertii carmina rec.* Luc. Mueller. Lips. Teubn. 1870].

ELEGIAE.

ЭЛЕГИИ.

I, 12.

3. Tam multa illa ¹⁾ meo divisa est milia
lecto,
Quantum Hypanis Veneto dissidet
Eridano...

...Она на столько тысячъ *шаговъ* отдалена
отъ моего ложа, на сколько Ипанидъ
отстоитъ отъ вепетскаго Эридана...

[Tib.] III, 7, v. 146: *Magyni gens ignota. «Sigynos Is. Vossius ad Periplum Ponti Eux. p. 81 Huds., Macrones Müller. cf. Haupt Opusc. 3 p. 486». Hiller. «Mosynos» Itali «Macrones» L. Mueller.*

1) Scil. Cynthia. Novissimus Properti editor (*Max Rothstein Die Elegien des Sextus Propertius, I Band, Berlin 1898, p. 76*) *Hypanidis* nomine hoc loco Indi fluvii accolam significari vult.

I, 14, 6 commemorantur in comparatione magnae Caucasi arbores («urgetur quantis Caucasus arboribus»).

I, 20.

17. Namque ferunt olim Pagasae navalibus ... Говорятъ, что нѣкогда Арго, вы-
Argon шедши изъ пристани Пагасской, отпра-
Egressam longe Phasidos isse viam... вился въ далекій путь къ Фасиду...

II, 1.

65. Hoc si quis vitium ¹⁾ poterit mihi de- ... Если кто сможетъ избавить меня
mere, solus отъ этого порока, тотъ одинъ сможетъ
Tantaleae poterit tradere poma manu... передать яблоки въ руку Тантаала... опъ же
69. Idem Caucasea solvet de rupe Pro- отвязеть руки Проміея отъ Кавказской
methei скалы и прогонитъ птицу отъ его груди...
Brachia et a medio pectore pellet
avem ²⁾.

II, 3, 11 commemoratur in comparatione «Maeotica nix».

II, 7.

17. Hinc etenim tantum meruit mea gloria ... Вѣдь отсюда заслужила такое имя
nomen, моя слава, пронесшаяся до зимнихъ Бо-
Gloria ad hibernos lata Borysthenidas. рисеенидовъ...

III, 14 [II, 21], 11 commemoratur Iason qui decepit Medeam («Colchida sic hospes quondam decepit Iason»).

III, 20 [II, 25], 14 commemorantur «Caucaseae aves».

III, 28 [II, 30].

1. Quo fugis a demens? nulla est fuga: tu Куда ты бѣжишь, безумный? Некуда
licet usque бѣжать: хотя бы ты убѣжалъ даже къ Та-
Ad Tanain fugias, usque sequetur нанду, и туда послѣдуетъ за тобою Амуръ...
Amor.
(Ibid. v. 20 commemorantur «Hircani litora Eoa maris»).

III, 32 [II, 34].

8. Colchis et ignotum nonne secuta virum ... Развѣ не послѣдовала Колхидянка за
est? незнакомымъ ей мужемъ?...

IV, 10 [III, 11].

9. Colchis flagrantes adamantina sub iuga ... Колхидянка подвела подъ стальное
tauros ярмо огпедышащихъ быковъ, посѣяла въ
Egit et armigera proelia sevit humo землю вооруженныхъ бойцовъ и зарыла

1) Scil. amorem.

2) Scil. aquilam, quae Promethei iecur devorabat.

Custodisque feros clausit serpentis hiatus, свёртлюю пасть сторожевого змѣя, чтобы
 Iret ut Aesonias aurea lana domos. золотое руно пошло въ Эзоновъ домъ.
 AUSA ferox ab equo quondam oppugnare Свёртлвая Мэотіянка Пенёеислея дерзнула
 sagittis вѣогда съ коня поражать стрѣлами ко-
 Maeotis Danaum Penthesilea rates... рабли Данаевъ...
 (Ibid. v. 68 commemoratur Bosporus «Pompeia capta manu»).

IV, 11 [III, 12].

1. Postume, plorantem potuisti linquere Постумъ, неужели ты могъ покинуть
 Gallam, плачущую Галлу и въ качествѣ солдата
 Miles et Augusti fortia signa sequi? слѣдовать за могущественными знаменами
 Tantine ulla fuit spoliati gloria Parthi, Августа? Неужели такъ дорога была слава
 Ne faceres Galla multa rogante tua? снятъ доспѣхи съ Паряянниа, что ты не
 5. Si fas est, omnes pariter pereatis avari, уступилъ настоятельнымъ мольбамъ твоей
 Et quisquis fido praetulit arma toro! Галлы? О, если можно, да погибнуть оди-
 Tu tamen iniecta tectus, vesane, lacerna наково всё корыстолюбды и всё, кто пред-
 Potabis galea fessus Araxis aquam. почелъ оружіе вѣрному ложу! Впрочемъ
 ты, безумецъ, прикрытый наброшеннымъ
 плащемъ, въ случаѣ усталости будешь пить
 шлемомъ воду Аракса...

IV, 13 [III, 14], 13 commemoratur in comparatione:

Qualis Amazonidum nudatis bellica Какъ воинственная толпа Амазонидъ
 mammis съ обнаженными грудями моется въ во-
 Thermodontiacis turba lavatur aquis. дахъ Фермодонта.

IV [III], 22.

11. Tuque tuo Colchum propellas remige ...Ты можешь ѣздить съ своимъ греб-
 Phasin цомъ до Колхидскаго Фасида и самъ по-
 Peliacaeque trabis totum iter ipse вторить весь путь Пелійскаго корабля...
 legas...

V [IV], 3.

7. Te modo viderunt iteratos Bactra per ...Тебя видѣли то Бактры при дву-
 ortus, кратномъ появленіи, то врагъ-Неврѣ на
 Te modo munito Neuricus hostis equo, бронепосномъ конѣ и зипііе Геты...
 Hibernique Getae...

47. Nec me tardarent Scythiae iuga, cum ...Мнѣ не помѣшали бы высоты Сеп-
 pater altas тійн, когда отецъ [т. е. Юпитерѣ] холодомъ
 Aetheris in glaciem frigore nectit сплачиваетъ въ ледъ высокія воды ээпра...
 aquas.

V [IV], 4, 71 (in comparatione dicitur de Amazonibus):

...qualis celerem prope Thermodonta ...Какъ близъ быстрого Фермодонта
 Strymonis abscisso fertur aperta sinu. несется Стримонида, отарывъ обрѣзанную
 грудь...

IMPERATOR AVGVSTVS.

ИМПЕРАТОРЪ АВГУСТЪ.

[C. Iulius Caesar Octavianus Augustus род. 23 сентября 63 г. до Р. Хр., получилъ верховную власть 1 янв. 29, ум. 19 авг. 14 г. по Р. Хр. Обладая прекраснымъ образованіемъ, Августъ охотно занимался литературною дѣятельностью и написалъ нѣсколько сочиненій въ прозѣ и стихахъ, но они до насъ не сохранились (см. о нихъ Schanz, Gesch. d. röm. Litt. II, 12, стр. 6 сл.). Дошелъ до насъ знаменитый «monumentum Ancyranum» — вырѣзанный на стѣнѣ храма въ малоазіатскомъ г. Анкирѣ собственный разсказъ Августа объ его дѣяніяхъ, составленный въ самомъ концѣ его жизни. Въ виду важности этого памятника заимствуемъ о немъ подробныя свѣдѣнія у Schanz, Gesch. d. röm. Litt. II, 12, стр. 10—11: «Unsere Kenntnis von dem Bericht des Augustus über seine Thaten beschränkte sich lange Zeit auf das Wenige, das uns Sueton darüber mitgeteilt. Niemand ahnte, dass in einem entlegenen Ort des fernen Ostens dieser Bericht selbst zum Vorschein kommen sollte. Es war im J. 1555, dass eine kaiserliche Gesandtschaft nach Ancyra, der ehemaligen Hauptstadt Galatiens, kam. Dieselbe fand in dem Pronaos des Tempels, der einst Augustus und der Göttin Roma geweiht war, den Bericht des Augustus in der lateinischen Originalsprache und in griechischer Übersetzung; sie liess Theile des lateinischen Textes abschreiben. Aber trotz dieser Entdeckung und trotz weiterer Mittheilungen von Reisenden blieb «die Königin der Inschriften» drei Jahrhunderte hindurch ein ungehobener Schatz. Erst im Jahre 1861 wurden wir durch eine französische Expedition über das Denkmal genauer unterrichtet, der lateinische Text und Theile des griechischen wurden jetzt durch ein Facsimile bekannt gemacht. In allerneuester Zeit hat endlich auf Anregung Mommsens der bekannte Baumeister Humann Gipsabgüsse der Inschrift angefertigt; dieselben befinden sich in Berlin und ersetzen uns fast das Original. Auf Grund derselben wurde von Mommsen eine meisterhafte Bearbeitung der Inschrift gegeben. Von der griechischen Übersetzung, die allem Anschein nach erst in Galatien angefertigt wurde, haben sich auch wenige Bruchtheile in dem einst zur Provinz Galatien gehörenden Apollonia vorgefunden. — Die 35 Kapitel umfassende Inschrift zerfällt ihrem Inhalt nach in drei Teile, zuerst (c. 1—14) zählt sie die Ämter und Ehrungen auf, die Augustus erlangt hatte, im zweiten Teil (c. 15—24) macht sie die Aufwendungen namhaft, die Augustus für Staat und Bürgerschaft gemacht, wie Geldspenden, Bauten, Feste; der dritte Teil endlich (c. 25—35) enthält seine politischen Thaten im Krieg und Frieden. Auf eine völlige Einhaltung der Disposition ist es nicht abgesehen, da ja im ersten Teil bei Erwähnung der Auszeichnungen auch manchmal die Thaten zu berühren waren. Was will Augustus mit diesem merkwürdigen Dokument? Er zieht in demselben die Summe seines Lebens, er legt am Ende seiner Tage Rechenschaft von seinem laugen staatsmännischen Wirken ab, er stellt zu diesem Zweck seinen Ehrungen seine Thaten gegenüber, er zählt auf, was er vom römischen Volk empfangen, und was er dem römischen Volk gegeben». — Текстъ: Res gestae divi Augusti. Ex monumentis Ancyrano et Apollonicensi iterum edidit Th. Mommsen. Berol. 1863].

Latina (p. LXXXIV M.)

c. 31... Nostram amfictiam petierunt] per legat[os] B[a]starn[ae] Scythae] que et Sarmatarum q[ui] sunt citra flum[en] Tanaim [et] ultra reg[es], Alba] norumque rex et Hiber[orum] et Medorum].

Graeca (p. LXXXV M.)

...Τὴν ἡμετέραν φιλίαν ἠξίωσαν διὰ πρέσβων Βαστάρνοι καὶ Σκύθαι καὶ Σαρματῶν οἱ ἐπιτάδε ὄντες τοῦ Τανάδος ποταμοῦ καὶ οἱ πέραν δὲ βασιλεῖς, καὶ Ἀλβανῶν δὲ καὶ Ἰβήρων καὶ Μήδων βασιλεῖς.

Русскій переводъ.

Нашу дружбу просили чрезъ пословъ Бастарны, Скифы, цари Сарматовъ, живущихъ по сую сторону рѣки Танаида и за нею, а также цари Албанцевъ, Иверовъ и Мидянь.

Mommseni commentarius (p. 134): «Cum Bastarnis e regione Moesiae inferioris trans Danuvium degentibus bellum gessit a. 725 M. Crassus (Liv. ep. 134; Dio 51, 23. 24; Victor epit. 1, 7). — Scythae intelleguntur sine dubio qui fuerunt inter Danuvium et Borysthenem (cf. Boeckh C. I. Gr. 2 p. 82). — Sarmatas, quorum reges etiam titulus Olbopolitanus C. I. Gr. 2065 [= Latyschev, Inscr. orae sept. Ponti Eux. I, 33] commemorat, Augusti aetate utramque Tanais ripam tenuisse commentarius significat, quod accedit testimoniis collectis ab eodem Boeckhio l. c. p. 83; nam cum Strabo 2, 5, 30 p. 128 Sarmatas extendat usque ad Tanain et paludem Maeotin, tamen etiam intra Tanain et Caucasum eos posteriore quoque aetate habitavisse efficitur ex Tacito ann. 6, 33. Confirmat id Plinius adserens degere eos circa Tanaim (2, 108, 246. 6, 7, 19) ad Caucasum usque (6, 5, 16. 13, 40). Sarmatarum nomen cum ipsum apud poetas aequales non reperitur, significari videntur sub nomine Gelonorum, quibus Graeca fabulatio locum circa Tanain adjudicavit ibidemque degere etiam Horatius innuit... Certam interpretationem

rerum scriptores non suppeditant; fieri potest, ut Crassus bello eo, de quo diximus, etiam cum Sarmatis tractarit et eiusmodi condiciones iis imposuerit. Ceterum interpretem recte monuit Bergkiius p. 115 sic vertere debuisse: *Σαρματῶν τῶν ἐπιτάδε ὄντων τ. Γ. π. καὶ τῶν πέραν βασιλείς.*—Albanorum regem Pharnabazum, Hiberorum Zoberem vicit a. 718 Antonii auspiciis P. Canidius Crassus (Dio 49, 24); cum Augusto vel hos vel horum successores commercium habuisse nemo praeterea tradidit (cf. ad 6, 1). Testatur autem Strabo 6, 4, 2 p. 288 Romanos, ubi velint, dominos his quoque nationibus dare».

М. VIPSANIVS AGRIPPA.

М. ВИПСАНІЙ АГРИППА.

[Другъ и зять императора Августа, ум. въ 12 г. до Р. Хр., составитель географической карты съ объясненіями. См. о ней Schanz, *Gesch. der röm. Litteratur*, II, 1², S. 286—292, съ указаніемъ литературы. — Собрание географ. отрывковъ: *Geographi Latini minores. Coll. Alexander Riese. Heilbr. 1878, pp. 1—8*].

Fragm. 14 v. infra ap. *Plin.* N. h. IV, 45.

- » 15 v. *ibid.* IV, 60.
- » 16 v. *ibid.* IV, 77.
- » 17 v. *ibid.* IV, 78.
- » 18 v. *ibid.* IV, 81.
- » 19 v. *ibid.* IV, 83.
- » 20 v. *ibid.* IV, 91.
- » 29 v. *ibid.* VI, 3.
- » 30 v. *ibid.* VI, 31.

VITRUVIVS POLLIO.

ВИТРУВІЙ ПОЛЛІОНЪ.

[Архитекторъ и механикъ, современникъ Ю. Цезаря и Августа, авторъ сочиненія *De architectura* въ 10 кн., написаннаго между 16 и 13 гг. до Р. Хр. — Текстъ: *Vitruvii de architectura libri decem. Ediderunt Val. Rose et H. Müller-Strübing. Lipsiae, ap. Teubnerum 1867*].

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенорея.

DE ARCHITECTURA.

ОБЪ АРХИТЕКТУРЪ.

L. II cap. 1, 4... Apud nationem Colchorum in Ponto propter silvarum abundantiam arboribus perpetuis planis dextra ac sinistra in terra positis, spatio inter eos relicto quanto arborum longitudes patiuntur, conlocantur in extremis partibus earum supra alterae transversae, quae circumcludunt medium spatium habitationis. tum insuper alternis trabibus ex quattuor partibus angulos iugumentantes et ita parietes arboribus statuantes ad perpendicularum imarum educunt ad altitudinem turres, intervallaque, quae relinquuntur propter crassi-

У народа Колховъ въ Понтѣ вслѣдствіе изобилія дѣсовъ кладутъ прямо на землю по правую и лѣвую сторону цѣля бревна, оставивъ между этими двумя рядами разстояніе равное длинѣ бревенъ; затѣмъ на обоихъ концахъ этихъ рядовъ кладутъ поверхъ два другихъ ряда поперекъ; такимъ образомъ окружается пространство жилища, лежащее посреди. Затѣмъ Колхи на четырехъ сторонахъ — попеременно на двухъ противоположащихъ — накладываютъ бревна, соединяя углы и образуя стѣны, и сверху отвѣсно отъ

tudinem materiae, schidiis et luto obstruunt. item tecta recidentes ab extremo transtra, traiciunt gradatim contrahentes, et ita ex quattuor partibus ad altitudinem educunt medio metas, quos fronde et luto tegentes efficiunt barbarico more testudinata turrium tecta.

основанія возводятъ изъбы, а промежутки, которые остаются между бревнами вслѣдствіе толщины матеріала, они задѣлываютъ щелками и глиною. Точно также, укорачивая концы поперечныхъ балокъ и суживая ихъ постепенно въ видѣ уступовъ, они возводятъ крышу съ четырехъ сторонъ сверху и образуютъ въ серединѣ пирамидообразную верхушку, которую они покрываютъ лѣствою и глиною, и такимъ грубымъ способомъ строятъ сводчатая крыши своихъ изъбъ.

L. VII, 7, 5. auripigmentum, quod χρυσευκλον graece dicitur, foditur Ponto. sandaraca item pluribus locis, sed optima Ponto proxime flumen Hypanim habet metallum.

Сѣрнистый мышьякъ, который по-гречески называется χρυσευκλον, добывается въ Понтѣ. Сандарака встрѣчается во многихъ мѣстахъ, но лучшія копи находятся въ Понтѣ близъ рѣки Ипаниды.

L. VIII, 2, 6. Haec autem sic fieri testimonio possunt esse capita fluminum, quae orbe terrarum chorographiis picta itemque scripta plurima maximaque inveniuntur egressa ab septentrione. primumque in India Ganges et Indus ab Caucasio monte oriuntur, Syria Tigris et Euphrates, Asiae item Ponto Borysthenes Hypanis Tanais, Colchis Phasis...

А (что сѣверные вѣтры сухи, а южные приносятъ съ собою влагу, выдѣляемую землею подъ влияніемъ лучей солнца) это доказываютъ истоки рѣкъ, изъ которыхъ большинство и самыя большія на картахъ и въ описаніяхъ земли нарисованы и помѣщены берущими свое начало съ сѣвера; такъ прежде всего въ Индіи Гангъ и Индъ начинаются съ горъ Кавказскихъ, въ Сиріи Тигръ и Евфратъ, въ Азіи въ Понтѣ Бористенъ, Ипанидъ, Танандъ, въ Колхидѣ Фасидъ...

L. VIII, 3, 11. sunt ex amaro suco terrae fontes exeuntes vehementer amari, ut in Ponto est flumen Hypanis. Is a capite profluit circiter milia XL sapore dulcissimo, deinde cum pervenit ad milia CLX, admiscetur ei fonticulus oppido quam parvulus. Is cum in eum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram, ideo quod per id genus terrae et venas unde sandaracam fodiunt ea aqua manando perficitur amara.

Есть источники, берущіе свое начало изъ горькаго земнаго сока, съ чрезвычайно горькою водою; такова рѣка Ипанидъ въ Понтѣ. Рѣка эта течетъ отъ истоковъ приблизительно 40 миль, имѣя воду очень сладкую на вкусъ, затѣмъ достигаетъ мѣста, отстоящаго отъ устья въ 160 приблизительно миляхъ; тамъ она принимаетъ очень небольшой источникъ. Овъ, впадая въ рѣку, дѣлаетъ всю огромную массу воды въ ней горькою, такъ какъ течетъ по такой землѣ и жиламъ, откуда добываютъ сандараку, и вода въ немъ дѣлается горькою.

Т. LIVIVS.

Т. ЛИВИЙ.

[Знаменитый историкъ, род. въ 59 г. до Р. Хр., ум. въ 17 по Р. Хр. Изъ его огромнаго историческаго труда въ 142 книгахъ, обнимаваго собою римскую исторію отъ основанія Рима (ab urbe condita) до смерти Друза въ 9 г. до Р. Хр., сохранились въ цѣлости только 35 книгъ (1—10 и 21—45), а изъ остальныхъ лишь отрывки и извлеченія, между которыми важное значеніе имѣютъ regiochae или краткія изложенія содержанія книгъ. — Текстъ: Titi Livi ab urbe condita libri. Erkl. von W. Weissenborn. 2 Aufl. besorgt von H. J. Müller. Berlin, Weidmann].

Извлеченія и переводъ Г. Г. Зоргенорья.

AB VRBE CONDITA LIBRI.

ИСТОРИЯ ОТЪ ОСНОВАНІЯ ГОРОДА.

L. XXXV, cap. 48. In Achaia legatis Antiochi Aetolorumque coram T. Quinctio Aegii datum est concilium¹⁾. Antiochi legatas prior quam Aetoli est auditus. Is, ut plerique, quos opes regiae alunt, vaniloquus maria terrasque inani sonitu verborum complevit: equitum innumerabilem vim traici Hellesponto in Europam, partim loricatorum, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentis et, a quo nihil satis tecti sit, averso refugientis equo certius figentes. His equestribus copiis, quamquam vel totius Europae exercitus in unum coacti obrui possent, adiciebat multiplicis copias peditum et nominibus quoque gentium vix²⁾ facendo auditis terrebat, Dahas Medos Elymaeosque et Cadusios appellans....

Въ Ахеѣ послы Антиоха и Этолийцевъ были допущены въ собраніе въ Эгіпъ въ присутствіи Тита Квинція. Посла Антиоха выслушали раньше Этолийцевъ. Этотъ, какъ большинство царедворцевъ, хвастуны наполнилъ своимъ пустозвонствомъ моря и сушу: несмѣтная сила всадниковъ, говорилъ онъ, переправляется черезъ Гелеспонтъ въ Европу, частью одѣтыхъ въ доспѣхи, которыхъ они называютъ сатрапгасти, частью конныхъ стрѣлковъ и притомъ такихъ, которые, повернувъ коня и уѣзжая назадъ, тѣмъ вѣрнѣе поражаютъ враговъ, такъ что отъ нихъ ничто не можетъ укрыться. Хотя этими конными силами можно было бы уничтожить собранныя воедино войска даже всей Европы, онъ къ нимъ прибавлялъ еще разнообразныя пѣхотныя силы и пугалъ также названіями народовъ, о которыхъ едва ли кому-нибудь приходилось слышать, называя Даговъ, Мидянь, Элимеевъ и Кадусіевъ....

L. XXXV, 49. Ad ea Quinctius..... varia (enim) genera armorum et multa nomina gentium inauditarum, Dahas et Medos et Cadusios et Elymaeos, Syros omnis esse, haud paulo mancipiorum melius propter servilia ingenia quam militum genus.

На это Квинцій *отвѣтилъ*..... (въ эти) разнообразныя вооруженныя, носящія многочисленныя имена несмысленныхъ народовъ, Даги, Мидяне, Кадусіи и Элимей, — все сплошь Спрійцы, люди вслѣдствіе своего рабскаго образа мыслей не многими лучшіе рабовъ, но не солдаты.

L. XXXX, 5, 10. Redierant forte, quos miserat (Philippus) in Bastarnas ad arcescenda auxilia, adduxerantque inde nobiles iuvenes et regii quosdam generis, quorum unus sororem suam in matrimonium Philippi filio pollicebatur; crexeratque consociatio gentis eius animum regis²⁾...

Случайно въ это время вернулись послы, отправленные Филиппомъ за вспомогательными войсками къ Бастарнамъ; они привели съ собою оттуда знатныхъ юношей и пѣхотныхъ *лицъ* царскаго рода, изъ которыхъ одинъ обѣщалъ выдать за сына Филиппа свою сестру; союзъ съ этимъ племенемъ вызвалъ въ царѣ подъемъ духа....

1) A. 192 a. Chr.

2) A. 182 a. Chr.

L. XXXX, 21, 2. cupido (Philippum) ceperat in verticem Haemi montis ascendendi, quia vulgatae opinioni crediderat Ponticum simul et Adriaticum mare et Histram amnem et Alpes conspici posse...

Филиппомъ овладѣло желаніе подняться на вершину горы Гема, потому что онъ вѣрилъ распространенному мнѣнію, что *оттуда* можно видѣть сразу Понтійское и Адриатическое море, рѣку Истръ и Альпы...

L. XXXX, 57, 2. Peroportuna mors Philippi¹⁾ fuit ad dilationem et ad vires bello contrahendas. nam post paucis diebus gens Bastarnarum, diu sollicitata, ab suis sedibus magna peditum equitumque manu Histram traiecit. inde praegressi, qui nuntiarent regi, Antigonus et Cotto; Cotto nobilis erat Bastarna, Antigonus saepius cum ipso Cotto legatus ad concitandos Bastarnas missus. haud procul Amphipoli fama, inde certi nuntii obcurrerant mortuum esse regem, quae res omnem ordinem consilii turbavit. compositum autem sic fuerat, transitum per Thraciam tutum et comiteus Bastarnis ut Philippus praestaret. id ut facere posset, regionum principes donis coluerat fide sua obligata pacato agmine transituros Bastarnas. Dardanorum gentem delere propositum erat inque eorum agro sedes fundare Bastarnis. duplex inde erat commodum futurum, si et Dardani, gens semper infestissima Macedoniae temporibusque iniquis regum imminens, tolleretur, et Bastarnae relictis in Dardania coniugibus liberisque ad populandam Italiam possent mitti: per Scordiscos iter esse ad mare Adriaticum Italiamque, alia via traduci exercitum non posse. facile Bastarnis Scordiscos iter daturus — nec enim aut lingua aut moribus abhorrere — et ipsos adiuncturos se, cum ad praedam opulentissimae gentis ire vidissent. inde in omnem eventum consilia adcommodabantur: sive caesi ab Romanis forent Bastarnae, Dardanos tamen sublato praedamque ex reliquiis Bastarnarum et possessionem liberam Dardaniae solacio fore, sive prospere rem gessissent, Romanis aversis in Bastarnarum bellum recuperaturum se in Graecia, quae amisisset. haec Philippi consilia fuerant.

Смерть Филиппа случилась очень кстати для того, чтобы отсрочить *войну* и стянуть силы. Дѣло въ томъ, что вѣскольکو дней спустя племя Бастарновъ, давно подстрекаемое, *поднялось* съ своихъ мѣстъ и *въ видѣ* большого отряда пѣхотинцевъ и всадниковъ переправилось черезъ Истръ; оттуда отправились впередъ съ извѣстіемъ къ царю Антигонъ и Коттонъ; Коттонъ былъ знатный Бастарпъ, а Антигона часто отправляли посломъ съ Коттономъ возбуждать Бастарновъ. Недалеко отъ Амфиполя до нихъ дошли *сначала* слухи, а затѣмъ и вѣрныя извѣстія о смерти царя. Это обстоятельство измѣнило всѣ ихъ планы. У *нихъ* было условлено, чтобы Филиппъ доставилъ Бастарнамъ безопасный проходъ черезъ Фракію и провинію. Чтобы быть въ состояніи это исполнить, *Филиппъ* задарилъ предводителей областей, поручившись, что Бастарпы совершатъ свой переходъ мирно. У него былъ планъ уничтожить племя Дардановъ и въ ихъ области устроить мѣсто жительства Бастарнамъ; отсюда должна была произойти двойная выгода: съ одной стороны, если удастся уничтожить Дардановъ, племя всегда враждебно относившееся къ Македоніи и пользовавшееся затруднительными обстоятельствами царей, съ другой стороны, если можно будетъ заставить Бастарновъ оставить женъ и дѣтей въ Дарданіи и направиться для опустошенія Италіи: путь къ Адриатическому морю и Италіи лежитъ черезъ область Скордисковъ, по другой дорогѣ нельзя перевести войска, а Скордиски безъ труда пропускаютъ Бастарновъ — они вѣдь и по языку и по обычаямъ мало отъ нихъ отличаются — и сами къ нимъ присоединятся, когда увидятъ, что идутъ за добычею къ весьма богатому народу. Затѣмъ онъ приспособлялъ свои планы ко всякому исходу: если Бастарпы

1) A. 179 a. Chr.

Cap. 58... ingressi sunt pacato agmine; digressu deinde Cottonis et Antigoni et haud multo post ad famam mortis Philippi neque Thaces commercio faciles erant neque Bastarnae empto contenti esse aut in agmine contineri poterant, ne decederent via. inde iniuriae ultro citroque fieri, quarum in dies incremento bellum exarsit. postremo Thraces cum vim ac multitudinem sustinere hostium non possent, relictis campestribus vicis in montem ingentis altitudinis — Donucam vocant — concesserunt. quo cum subire Bastarnae vellent, quali tempestate Gallos spoliantes Delphos fama est peremptos esse, talis tum Bastarnas nequiquam ad iuga montium appropinquantes oppressit. neque enim imbre tantum effuso, dein creberrima grandine obruti sunt cum ingenti fragore caeli tonitribusque et fulguribus praestringentibus aciem oculorum, sed fulmina etiam sic undique micabant, ut peti viderentur corpora, nec solum milites, sed etiam principes icti caderent. itaque cum praecipiti fuga per rupes praealtas improvidi sternerentur ruerentque, instabant quidem percussis Thraces, sed ipsi deos auctores fugae esse caelumque in se ruere aiebant. dissipati procella cum tamquam ex naufragio plerique semermes in castra, unde profecti erant, redissent, consultari, quid agerent, coeptum. inde orta dissensio, aliis redeundum, aliis penetrandum in Dardaniam censentibus. triginta ferme milia hominum in Dardaniam, quo Clondico duce profecti erant, pervenerunt; cetera multitudo retro, qua venerat, mediterraneam regionem repetit....

будуть перебиты Римлянами, то утѣшеніемъ будетъ служить уничтоженіе Дардановъ, добыча отъ остатковъ Бастарновъ и свободное владѣніе Дарданіей; въ случаѣ же успѣшныхъ дѣйствій, онъ разсчитывалъ вернуть потерянное въ Греціи, разъ вниманіе Римлянъ будетъ отвлечено войною съ Бастарнами. Таковы были планы Филиппа.

...*Бастарны* мирно вступили въ предѣлы Фракіи, но затѣмъ, послѣ ухода Коттона и Антигона и немного спустя, благодаря распространившемуся слуху о смерти царя Филиппа, и Фракійцы неохотно стали вступать въ торговыя сдѣлки, и Бастарны перестали довольствоваться купленнымъ, и ихъ невозможно было удерживать въ строю, чтобы они не уклонялись съ дороги; тогда стали возникать взаимныя обиды, которыя, усиливаясь съ каждымъ днемъ, вызвали вооруженное столкновение. Въ концѣ концовъ Фракійцы, не будучи въ состояніи выдержать патиска множества враговъ, оставили свои деревни на равнинѣ и удалились на гору огромной высоты, по имени Дануку. Когда Бастарны хотѣли подступить и напрасно старались приблизиться къ горной вершинѣ, ихъ застигла точно такая же буря, какъ та, отъ которой погибли Галлы, пытавшіеся ограбить Дельфы. На нихъ не только визрипулись потоки ливня и частый градъ при трескѣ на небѣ, раскатахъ грома и молніяхъ, ослѣпившихъ взоры, но молніи такъ сверкали повсюду, что, казалось, направлялись противъ людей, и не только простые солдаты падали пораженные молніею, но и вожди. И вотъ, когда они стремглавъ спасались бѣгствомъ по высокимъ утесамъ и по неосторожности падали и низвергались, то Фракійцы, правда, преслѣдовали пораженныхъ ужасомъ, но сами *Бастарны* говорили, что боги виновники ихъ бѣгства и небо обрушивается на нихъ. Когда они, разсѣянные бурей, словно послѣ кораблекрушенія, по большей части наполовину вооруженные, вернулись въ лагерь, изъ котораго выступили, то начались обсуждения, что дѣлать. Затѣмъ произошло разногласіе, такъ какъ одни высказывались за возвращеніе, другіе за то, чтобы проникнуть въ Дарданію. Тысячъ тридцать явились въ Дарданію, куда они отправились подъ предводитель-

ством Кловдіа; остальное множество возвращается обратно по тому пути, по которому пришло, во внутрь страны.

Lib. XXXXI, 19, 4 ... belli Macedonici subibat iam cura ¹⁾ miscente Perseo inter Dardanos Bastarnasque certamina. et legati, qui missi ad res visendas in Macedoniam erant, iam reverterant Romam renuntiaverantque bellum in Dardania esse. simul venerant et ab rege Perseo oratores, qui purgarent nec accitos ab eo Bastarnos nec auctore eo quicquam facere...

Dardani cum Bastarnas non modo non ⁷ excedere finibus suis, quod speraverant, sed graviore fieri in dies cernerent, subnixos Thracum adcolarum et Scordisorum auxiliis, audendum aliquid vel temere rati, omnes undique armati ad oppidum, quod proximum castris Bastarnarum erat, conveniunt. hiemps erat; et id anni tempus ⁸ elegerant, ut Thraces Scordiscique in fines suos abirent. quod ubi ita factum et solos iam esse Bastarnas audierunt, bifariam dividunt copias, pars ut recto itinere ad lacesendum ex aperto iret, pars devio saltu circumducta ab tergo adgrederetur. ceterum ⁹ priusquam circumire castra hostium possent, pugnatum est; victique Dardani compelluntur in urbem, quae fere duodecim milia ab castris Bastarnarum aberat. victores ¹⁰ confestim secuti circumsidunt urbem, haud dubie postero die aut metu dedituris se hostibus aut vi expugnaturi. Interim Dardanorum altera manus, quae circumducta erat, ignara cladis suorum, castra Bastarnarum sine praesidio relicta ***

....Приближалась уже забота о македонской войнѣ, такъ какъ Персей вызывалъ столкновения между Дарданами и Бастарнами, да и послы, отправленные въ Македонію для ознакомленія съ положеніемъ дѣлъ, уже вернулись въ Римъ и донесли, что въ Дарданіи уже идетъ война. Въ то же время явился послы отъ царя Персея, чтобы оправдать его; Бастарны-де призваны не имъ и ничего не дѣлають по его совѣту...

Когда Дарданы замѣтили, что Бастарны не только не уходятъ изъ ихъ предѣловъ, на что они рассчитывали, но съ каждымъ днемъ становятся болѣе невыносимы, опираясь на вспомогательныя силы сосѣднихъ Фракійцевъ и Скордисковъ, они пришли къ заключенію, что нужно отважиться даже на рискованное предпріятіе, и отовсюду сходятся вооруженные къ городу, лежавшему ближе всего къ лагерю Бастарновъ. Стояла зима, и они выбрали это время года, чтобы фракійцы и скордиски удалились въ свои предѣлы. Лишь только они услышали, что это случилось и что бастарны уже оди, они дѣлятъ войска на двѣ части, съ тѣмъ, чтобы часть шла прямымъ путемъ, открыто вызывая врага на бой, а другая напала съ тыла, обойдя врага по отдаленнымъ ущельямъ. Впрочемъ, сраженіе произошло раньше, чѣмъ они успѣли обойти лагерь неприятелей; Дарданы были побѣждены и загнаны въ городъ, отстоявшій отъ лагеря Бастарновъ приблизительно на 12 миль. Побѣдители тотчасъ послѣдовали за ними и окружили городъ, не сомнѣваясь, что на другой день или враги подъ вліяніемъ страха сдадутся, или они возьмутъ городъ силою. Между тѣмъ другой отрядъ Дардановъ, совершившій обходъ, не зная о пораженіи своихъ, (захватываетъ) оставленный безъ прикрытія лагерь Бастарновъ....

L. XXXXI, 23, 12... Bastarnas primum (Perseus) ad terrorem omnium in Darda-

Персей впервые, къ ужасу всѣхъ, направилъ въ Дардавію Бастарновъ, и если

1) A. 175 a. Chr.

niam immisit; qui si sedem eam tenuissent, graviores eos accolae Graecia habuisset, quam Asia Gallos habebat...

бы этотъ народъ утвердился въ тѣхъ мѣстахъ, то Греція имѣла бы въ нихъ еще болѣе непріятныхъ сосѣдей, чѣмъ Азія въ Галлахъ....

L. XXXXII, 11, 2. Eumenes ut Romam venit¹⁾..... in senatum est introductus..... orsus inde a Philippi consiliis necem Demetrii filii rettulit adversantis Romano bello; Bastarnarum gentem excitam sedibus, quorum auxiliis fretus in Italiam transiret.

Какъ только Еменъ прибылъ въ Римъ.... его ввели въ сенатъ.... Начавъ съ плавовъ Филиппа, онъ сообщилъ объ убійствѣ Димитрія, бывшаго противъ войны съ Римомъ, и о томъ, что племя Бастарновъ поднято съ своихъ мѣстъ, чтобы Филиппъ, опираясь на ихъ помощь, могъ переправиться въ Италію.

L. XXXXIII, 26, 2... Gallorum²⁾ effusorum per Illyricum ingens oblatum auxilium avaritia (scil. Persei) dimissum est. Veniebant X milia equitum, par numerus peditum et ipsorum iungentium cursum equis et in vicem prolapsorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos. hi pacti erant equos denos praesentes aureos, pedes quinos, mille dux eorum. venientibus his Perseus ab Elpeo ex castris profectus obviam cum dimidia copiarum parte denunciare per vias urbesque, quae viae propincae sunt, coepit, ut comaeat expedirent, frumenti, vini, pecorum ut copia esset. ipse equos phalerasque et sagula donum principibus ferre et parvom auri, quod inter paucos divideret, multitudinem credens trahi spe posse. Ad Almanam urbem pervenit et in ripa fluminis Axi posuit castra. circa Desudabam in Medica exercitus Gallorum considerat, mercedem pactam opperiens. eo mittit Antigonum, ex purpuratis unum, qui iuberet multitudinem Gallorum ad Byzanzora—Paeoniae is locus est—castra movere, principes ad se venire frequentes. I. XXV milia ab Axio flumine et castris regis aberant. haec mandata ad eos cum pertulisset Antigonus adiecissetque, per viam quantam omnium praeparatam cura regis copiam inventuri forent quibusque muneribus principes advenientes vestis, argenti equorumque excepturus rex esset, de his quidem se coram cognituros respondent, illud, quod praesens pepigissent, interrogant, ecquid aurum, quod in singulos pedites equitesque

...Существенная подмога, представившаяся со стороны Галловъ, пахлынувшихъ въ Иллирію, упущена была вслѣдствіе жадности Персея. Шло 10 тысячъ всадниковъ и такое же число пѣхотинцевъ, также соединявшихъ пѣшую службу съ конною и употреблявшихъ въ бою освобожденныхъ коней павшихъ всадниковъ. Они выговорили себѣ всадникъ по десяти золотыхъ налчниками, пѣхотинецъ по пяти, вождь ихъ — тысячу. Когда они приближались, Персей выступилъ изъ лагеря отъ Эльпея имъ на встрѣчу съ половиною своихъ войскъ и сталъ приказывать по деревнямъ и городамъ, лежащимъ около дороги, заготовлять провіантъ, чтобы были запасы хлѣба, вина и скота. Самъ онъ имѣлъ съ собою лошадей, конскую сбрую, военные плащи въ подарокъ вождямъ и немного золота для раздѣла немногимъ, падѣясь, что толпу можно увлечь надеждою. Онъ достигъ города Алманы и расположился лагеремъ на берегу рѣки Аксія. Около Десудабы въ Медикѣ расположилось войско Галловъ, ожидая условленную плату. Туда онъ послалъ одного изъ своихъ придворныхъ, Антигона, съ приказомъ галльскому войску перенести свой лагерь къ Вилзорамъ — эта мѣстность лежитъ въ Пэоніи, — а вождямъ явиться къ нему въ большомъ числѣ. Они отстояли отъ рѣки Аксія и лагеря царя на 75 миль. Когда Антигонъ сообщилъ имъ эти порученія и прибавилъ, какое они пайдуть по дорогѣ изобиліе во всемъ, благодаря стараніямъ царя, и съ

1) A. 172 a. Chr.

2) Galli = Bastarnae (Weissenborn.). Referuntur haec ad a. 168 a. Chr.

dividendum esset, secum advexisset. cum ad id nihil responderetur, Clondicus, regulus eorum, 'abi, renuntia ergo' inquit 'regi, nisi aurum obsidesque accepissent, nusquam inde Gallos longius vestigium moturos'. haec relata regi cum essent, advocato consilio cum, quid omnes suasuri essent, appareret, ipse pecuniae quam regni melior custos institit de perfidia et feritate Gallorum disserere, multorum iam ante cladibus experta; periculum esse tantam multitudinem in Macedonia accipere, ne graviore eos socios habeant quam hostes Romanos. quinque milia equitum satis esse, quibus et uti ad bellum possent, et quorum multitudinem ipsi non timeant.

11 какими подарками изъ платья, серебра и коней приметъ царь вождей, которые къ нему явятся, то они отвѣчаютъ на это, что во всемъ этомъ они лично убѣдятся, но спрашиваютъ про то, что они выговорили себѣ наличными, именно привезъ ли онъ съ собою золото для раздачи каждому пѣхотинцу и всаднику. Не получая на это отвѣта, царекъ ихъ Клондикъ заявилъ: «Ступай же къ царю и заяви ему, что, если Галлы не получаютъ золота и заложниковъ, то не сдѣлаютъ отсюда ни шагу дальше». Когда объ этомъ донесли царю, онъ созвалъ совѣтъ и, такъ какъ очевидно было, что всѣ посовѣтуютъ, то *Персей*, являясь болѣе бдительнымъ стражемъ для своихъ денегъ, чѣмъ для царства, самъ началъ говорить о вѣроломствѣ и дикости Галловъ, извѣданной уже раньше во многихъ пораженіяхъ: опасно-де принимать такую массу въ Македонію, чтобы не имѣть въ нихъ болѣе опасныхъ союзниковъ, чѣмъ въ Римлянахъ враговъ. Вполнѣ достаточно пяти тысячъ всадниковъ: ими можно воспользоваться для войны и *въ то же время* самимъ не придется бояться ихъ числа.

Cap. 27. Apparebat omnibus mercedem in multitudine timere nec quicquam aliud; sed cum suadere consulenti nemo auderet, remittitur Antigonus, qui nuntiaret quinque milium opera tantum uti regem, non tenere multitudinem aliam. quod ubi audiverent barbari, ceterorum quidem fremitus fuit indignantium se frustra excitos sedibus suis; Clondicus rursus interrogat, ecquid ipsis quinque milibus, quod convenisset, numeraret? cum adversus id quoque misceri ambages cerneret, inviolato fallaci nuntio, quod vix speraverat ipse posse contingere, retro ad Istrum, perpopulati Thraciam, qua vicina erat viae, redierunt...

Всѣмъ было ясно, что царь боятся тратить на большое количество людей, а больше ничего; но такъ какъ никто не осмѣлился ему совѣтовать, то снова посылаютъ Антигона съ заявленіемъ, что царю нужно содѣйствіе лишь пяти тысячъ, а остальное множество онъ не удерживаетъ. Когда это услышали варвары, то прочіе стали шумно выражать свое негодованіе на то, что ихъ напрасно подняли съ ихъ мѣстъ, Клондикъ же снова спросилъ, можетъ ли онъ хоть этимъ-то пяти тысячамъ выдать условленную *плату*? Замѣтивъ, что и тутъ прибѣгаютъ къ уверткамъ, онъ не тронулъ живаго вѣстника, на что тотъ и самъ сдвинулся надѣясь; *Галлы же* вернулись къ Истру, опустошивъ часть Фракіи, лежащую поблизости отъ дороги...

PERIOCHAE.

Ex lib. LXXXVIII. L. Licinius Lucullus consul adversus Mithridaten equestribus proeliis feliciter pugnavit et aliquot expeditiones prosperas fecit poscentesque pugnam milites a seditione inhibuit. Deio-

Консулъ Л. Лициній Лукуллъ счастливо сразился съ Митридатомъ въ конныхъ битвахъ и предпринялъ нѣсколько счастливыхъ экспедицій; солдатъ, требовавшихъ битвы, онъ удержалъ отъ возмущенія.

tarus, Gallograeciae tetrarches, praefectos Mithridatis bellum in Phrygia moventes cecidit...

Тетрархъ Галлогреціи Дейотаръ перебилъ военачальниковъ Мѳеридата, начинавшихъ военныя дѣйствія во Фригіи...

Ex lib. LXXXXV... L. Lucullus proconsul ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, pulsumque Bithynia regem variis belli ac naufragiorum casibus fractum coegit in Pontum profugere.

...Проконсулъ Л. Лукуллъ уничтожилъ у города Кизика голодомъ и мечемъ войско Мѳеридата и, выгнавъ царя изъ Витиніи, принудилъ его бѣжать въ Понтъ, такъ какъ разнообразныя неудачи на войнѣ и кораблекрушенія сломали *Мѳеридата*.

Ex lib. LXXXXVII... L. Lucullus in Ponto adversus Mithridaten feliciter pugnavit, caesis hostium amplius quam LX milibus... Mithridates desperatione rerum suarum coactus ad Tigranem Armeniae regem confugit.

...Л. Лукуллъ счастливо сражался въ Понтѣ съ Мѳеридатомъ, перебивъ болѣе 60 тысячъ враговъ... Мѳеридатъ, побужденный своимъ отчаяннымъ положеніемъ, бѣжалъ къ царю Арменіи Тиграну.

Ex lib. LXXXXVIII. Machares, filius Mithridatis, Bospori rex, a L. Lucullo in amicitiam receptus est... L. Lucullus in Armenia Mithridaten et Tigranem et ingentes utriusque regis copias pluribus proeliis fudit... C. Triarius legatus Luculli adversus Mithridaten parum prospere pugnavit. Lucullum, ne persequeretur Mithridaten ac Tigranem summamque victoriae imponeret, seditio militum tenuit...

Сынъ Мѳеридата Махаръ, царь Востора, былъ принятъ въ дружбу Л. Лукулломъ... Л. Лукуллъ разбилъ въ Арменіи во многихъ сраженіяхъ Мѳеридата и Тиграна и огромныя полчища обонхъ царей... Легатъ Лукулла Г. Триарій не особенно успѣшно сражался съ Мѳеридатомъ. Лукуллу возмущеніе солдатъ помѣшало преслѣдовать Мѳеридата и Тиграна и завершить побѣду...

Ex lib. C.—C. Manilius tribunus plebis magna indignatione nobilitatis legem tulit, ut Pompeio Mithridaticum bellum mandaretur... Cn. Pompeius ad gerendum bellum adversus Mithridaten profectus cum rege Parthorum Phraate amicitiam renovavit. equestri proelio Mithridaten vicit. praeterea bellum inter Phraaten regem Parthorum et Tigranem Armeniorum ac deinde inter filium Tigranem patremque gestum continet.

Народный трибунъ Г. Манлій къ большому негодованію знати предложилъ законопроектъ, чтобы война противъ Мѳеридата была поручена Помпею... Гн. Помпей, отправившись для веденія войны противъ Мѳеридата, возобновилъ дружбу съ царемъ парѳянскимъ Фраатомъ; въ конномъ сраженіи побѣдилъ Мѳеридата. Кромѣ того, въ этой книгѣ содержится война между парѳянскимъ царемъ Фраатомъ и армянскимъ Тиграномъ и затѣмъ война между Тигравами сыномъ и отцомъ.

Ex lib. CI. Cn. Pompeius Mithridaten nocturno proelio victum coegit Bosporum profugere. Tigranem in deditionem accepit eique ademptis Syria, Phoenice, Cilicia regnum Armeniae restituit... Cn. Pompeius, cum Mithridaten persequeretur, in ultimos ignotasque gentes penetravit; Hiberos Albanosque, qui transitum non dabant, proelio

Гн. Помпей принудилъ Мѳеридата, побѣжденного въ ночномъ сраженіи, бѣжать въ Восторъ. Онъ принялъ въ подданство Тиграна и, отнявъ у него Сирію, Финикію и Киликію, возвратилъ ему армянское царство... Гн. Помпей, преслѣдуя Мѳеридата, проникъ къ самымъ отдаленнымъ и неизвѣстнымъ народамъ. Онъ побѣдилъ въ

vicit. praeterea fugam Mithridatis per Colchos Heniochosque et res ab eo in Bosporo gestas continet.

сраженіи Иверовъ и Албанцевъ, не пропускавшихъ его. Кромѣ того, въ книгѣ разсказывается о бѣгствѣ Митридата черезъ страну Колховъ и Иніоховъ и о дѣяніяхъ его въ Воспорѣ.

Ex lib. CII. Cn. Pompeius in provinciae formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit. ab eo Mithridates obsessus in regia cum veneno sumpto parum profecisset ad mortem, a milite Gallo nomine Bitoco, a quo, ut adiuvaret se, petierat, interfectus est....

Гн. Помпей обратилъ Понтъ въ провинцію. Фарнакъ, сынъ Митридата, пошелъ войною на своего отца. Митридатъ, осажденный имъ во дворцѣ, безуспѣшно старался лишить себя жизни ядомъ и затѣмъ былъ убитъ галльскимъ солдатомъ, по имени Битокъ, котораго просилъ помочь ему...

Ex lib. CXIII. ...Pharnaces Mithridatis filius, rex Ponti, sine ulla mora victus est [a Caesare]....

...Понтийскій царь Фарнакъ, сынъ Митридата, былъ побѣжденъ [Цезаремъ] немедленно....

Ex lib. CXV. Caesar quattuor triumphos duxit, ex Gallia, ex Aegypto, ex Ponto, ex Africa....

Цезарь справилъ четыре триумфа: надъ Галліей, Эгиптомъ, Понтомъ и Африкой...

Ex lib. CXXXIII... bellum adversus Basternas et Moesos et alias gentes a M. Crasso (gestum refertur).

...Разсказывается о войнѣ, которую велъ М. Крассъ противъ Бастерновъ, Мезовъ и другихъ народовъ.

POMPEIUS TROGVS.

М. ЮНИАНЪ ЮСТИНЪ.

ПОМПЕЙ ТРОГЪ.

М. ЮНИАНЪ ЮСТИНЪ.

[Помпей Трогъ, современникъ Т. Ливія, первый изъ латинскихъ авторовъ написалъ всеобщую исторію подъ заглавіемъ *Historiae Philippicae* въ 44 кн., которую, по свидѣтельству монаха Маттея Вестминстерскаго (нач. XIV в.), окончилъ въ 9 г. по Р. Хр. Къ сожалѣнію, подлинное сочиненіе Трога до насъ не дошло: сохранились только введенія (prologi) къ отдѣльнымъ книгамъ, вкратцѣ излагающія ихъ содержаніе, и сокращеніе (epitoma) исторіи, составленное М. Юніаномъ Юстиномъ, время жизни котораго съ точностью не извѣстно: нѣкоторые ученые полагаютъ, что epitoma составлена во времена Антониновъ, другіе (Нибуръ, Лахманъ, Шанцъ и др.) относятъ ее къ III в. по Р. Хр.—Текстъ: M. Iuniani Iustini epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi ex recens. Fr. Rühl. Accedunt Prologi in Pompeium Trogum ab Alfr. de Gutschmid recensiti. Lips. ap. Teubn. 1886].

PROLOGI HISTORIARVM PHILIPPICARVM POMPEI TROGI.

Prologus libri IX.

Nono volumine continentur haec... Byzantii origines, a cuius obsidione summotus Philippus Scythiae bellum intulit. Repetitae

ВВЕДЕНІЯ КЪ ФИЛИППОВСКИМЪ ИСТОРИЯМЪ ПОМПЕЯ ТРОГА.

Введеніе въ книгѣ IX.

Въ девятой книгѣ содержится слѣдующее: ...происхожденіе Византіи, по снятіи осады которой Филиппъ вступилъ въ войну

inde Scythicae res ab his temporibus, in quibus illa prius finierant, usque ad Philippi bellum, quod cum Athea Scythiae rege gessit...

со Скинами. Затѣмъ излагается исторія Скиновъ съ того времени, которымъ было закончено ея изложеніе равнѣ, до войны, веденной Филиппомъ съ Сивескимъ царемъ Авеемъ...

Prologus libri XXXVII.

Septimo et tricensimo volumine continentur haec. Repetitis regum Ponticorum originibus, ut ad ultimum Mithridatem Eupatora series imperii deducta sit, atque ut ingressus ille regnum subegit Pontum et Paphlagoniam, priusquam in bella Romana descendit. Dictaeque in excessu regum Bosphoranorum et Colchorum origines et res gestae.

Введеніе въ книгѣ XXXVII.

Въ тридцать седьмой книгѣ содержатся слѣдующее: по изложеніи происхожденія Понтіискіихъ царей, какъ престолъ перешелъ къ послѣдному Мнѣридату Евпатору и какъ онъ, вступивъ на престолъ, покорилъ Понтъ и Пафлагонію прежде, чѣмъ приступилъ къ войнамъ съ Римлянами. Въ видѣ отступленія изложены происхожденіе и дѣянія царей Боспорскихъ и Колхидскихъ.

M. IVNIANI IVSTINI EPITOMA.

Lib. I, c. 1, § 4. Primus omnium Ninus, rex Assyriorum, veterem et quasi avitum gentibus morem nova imperii cupiditate mutavit. Hic primus intulit bella finitimis et rudes adhuc ad resistendum populos terminos usque Libyae perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquiores Vezosis Aegyptius et Scythiae rex Tanaus, quorum alter in Pontum, alter usque Aegyptum excessit. Sed longinqua, non finitima gerebant bella contentique victoria non imperium sibi, sed populis suis gloriam quaerebant.

СОКРАЩЕНІЕ М. ЮНИАНА ЮСТИНА.

Ассирійскій царь Нинъ первый измѣнилъ старинный, какъ бы дѣдовскій обычай народовъ, небывалымъ стремленіемъ къ власти: онъ первый сталъ воевать съ сосѣдами и покорилъ неопытные еще въ сопротивленіи народы вплоть до предѣловъ Ливіи. Правда, раньше его жили Эгипетскій царь Везосисъ и Скинскій — Танаисъ, изъ которыхъ первый доходилъ до Понта, а послѣдній — до Египта. Но они вели войны съ отдаленными народами, а не съ сосѣдами, и, довольствуясь побѣдою, искали не власти себѣ, а славы своимъ народамъ.

Lib. I, c. 8. Cyrus subacta Asia et universo Oriente in potestatem redacto Scythis bellum infert. (2) Erat eo tempore regina Scytharum Tamyris, quae non muliebriter adventu hostium territa, cum prohibere eos transitu Oaxis fluminis posset, transire permisit, et sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos rata et hostibus obiectu fluminis fugam difficiliorem. (3) Itaque Cyrus traiecit copiis, cum aliquantisper in Scythiam processisset, castra metatus est. (4) Dein postera die simulato metu, quasi refugiens castra deseruisset, ita vini adfatim et ea, quae epulis erant necessaria, reliquit. (5) Quod cum nuntiatum reginae esset, adolescentulum filium ad persequendum eum cum tertia parte copia-

Киръ, подчинивъ Азію и покоривъ подъ свою власть весь Востокъ, пошелъ войною на Скиновъ. Надъ Скинами въ то время царствовала Тамирисъ; не испугавшись по-женски нашествія враговъ, она, хотя имѣла возможность помѣшать имъ переправиться чрезъ рѣку Оаксъ, допустила эту переправу, такъ какъ полагала, что ей самой легче будетъ бороться въ предѣлахъ своего царства, а врагамъ труднѣе будетъ бѣжать въ виду представляемаго рѣкою препятствія. Итакъ Киръ, переправивъ войско и пройдя немного вглубь Скиновъ, остановился лагеремъ. Затѣмъ на другой день онъ, какъ бы убѣгая въ притворномъ страхѣ, покинулъ лагерь, оставивъ въ немъ достаточное количество

rum mittit. (6) Cum ventum ad castra Cyri esset, ignarus rei militaris adulescens, veluti ad epulas, non ad proelium venisset, omis- sis hostibus insuetos barbaros vino se one- rare patitur, (7) priusque Scythae ebrie- tate quam bello vincuntur. (8) Nam cog- nitis his Cyrus reversus per noctem saucios opprimit omnesque Scythas cum reginae filio interfecit. (9) Amisso tanto exercitu et, quod gravius doleret, unico filio Tamyris orbitatis dolorem non in lacrimas effudit, sed in ultionis solacia intendit hostesque recenti victoria exultantes pari insidiarum fraude circumvenit: (10) quippe simulata diffidentia propter vulnus acceptum refu- giens Cyrum ad angustias usque perduxit. (11) Ibi conpositis in montibus insidiis du- centa milia Persarum cum ipso rege truci- davit. (12) In qua victoria etiam illud me- morabile fuit, quod ne nuntius quidem tan- tae cladis superfuit. (13) Caput Cyri ampu- tatum in utrem humano sanguine repletum conici regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis: 'satis te sanguine', inquit, 'quem sitisti cuiusque insatiabilis semper fuisti'.

вина и всё припасъ для пиршества. Когда объ этомъ было возвѣщено царицѣ, она послала въ погоню за нимъ своего моло- денкаго сына съ третьей частью воен- ныхъ силъ. Подойдя къ лагерю Кира, не- опытный въ военномъ дѣлѣ юноша, какъ будто бы придя на пиръ, а не на битву, оставилъ въ покоѣ враговъ и допустилъ непривычныхъ къ вину варваровъ упиться имъ; такимъ образомъ Скиѣмъ были прежде побѣждены опьяненіемъ, чѣмъ войною: ибо Киръ, узнавъ объ этомъ, ночью воз- вратился, напалъ на пьяныхъ и перебилъ всѣхъ Скиѣовъ вмѣстѣ съ сыномъ царицы. Потерявъ такое войско и, что было для нея еще прискорбнѣе, единственнаго сына, Та- мьирисъ не стала изливать въ слезахъ го- рести о своемъ сиротствѣ, а стала искать утѣшенія въ мести и обошла упоенныхъ недавно побѣдою враговъ подобнымъ же коварствомъ: именно, обратившись въ бѣг- ство въ притворномъ отчаяніи вслѣдствіе полученнаго пораженія, она завлекла Кира въ ущелье и тамъ, устроивъ засаду въ го- рахъ, истребила 200000 Персовъ вмѣстѣ съ царемъ. Въ этой побѣдѣ было замѣча- тельно, между прочимъ, то, что не оста- лось даже вѣстника о такомъ громадномъ пораженіи. Отрѣзанную голову Кира ца- рица приказала бросить въ наполненный человеческою кровью мѣхъ съ слѣдующею насмѣшкою надъ ея жестокостью: «На- сытись крови, сказала она, которой ты жаждалъ и которой никогда не могъ на- сытиться».

Lib. II, c. 1. In relatione rerum ab Scythis gestarum, quae satis amplae magni- ficataeque fuerunt, principium ab origine re- petendum est. (2) Non enim minus industria initia quam imperium habuere, nec virorum magis quam feminarum virtutibus claruere; (3) quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque, feminae autem eorum Amazonum regna condiderint, (4) prorsus ut res gestas viro- rum mulierumque considerantibus incertum sit, uter apud eos sexus inlustrior fuerit. (5) Scytharum gens antiquissima semper habita, quamquam inter Scythas et Aegyptios diu contentio de generis vetustate fue- rit (6) Aegyptiis praedicantibus, initio re- rum, cum aliae terrae nimio fervore solis arderent, aliae rigerent frigoris inmanitate,

Разсказъ о подвигахъ Скиѣовъ, ко- торые были достаточно велики и важны, слѣдуетъ вести съ самаго ихъ проис- хожденія: начало ихъ *исторіи* было не менѣе славно, чѣмъ ихъ владычество, и доблестями мужей они прославились не болѣе, чѣмъ женщинъ; въ самомъ дѣлѣ, сами они были родоначальниками Паряня и Бактрійцевъ, а жены ихъ основали цар- ство Амазонокъ, такъ что, если разбирать подвиги мужчинъ и женщинъ, то оста- нется неизвѣстнымъ, который полъ былъ у нихъ славнѣе. Скиѣское племя всегда считалось самымъ древнимъ, хотя между Скиѣами и Египтянами долго былъ споръ о древности происхожденія: Египтяне хва- лились, что при началѣ міра, когда одиѣ

ita ut non modo primae generare homines, sed ne advenas quidem recipere ac tueri possent, prius quam adversus calorem vel frigus velamenta corporis invenirentur vel locorum vitia quaesitis arte remediis molirentur, (7) Aegyptum ita temperatam semper fuisse, ut neque hiberna frigora nec aestivi solis ardores incolae eius premerent, (8) solum ita fecundum, ut alimentorum in usum hominum nulla terra feracior fuerit. (9) Iure igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillime possent. (10) Contra Scythae caeli temperamentum nullum esse vetustatis argumentum putabant. (11) Quippe naturam, cum primum incrementa caloris ac frigoris regionibus distinxit, statim ad locorum patientiam animalia quoque generasse; (12) sed et arborum ac frugum pro rerum condicione apte genera variata. (13) Et quanto Scythis sit caelum asperius quam Aegyptiis, tanto et corpora et ingenia esse duriora. (14) Ceterum siquidem mundi, quae nunc partes sunt, aliquando unitas fuit, sive inluvies aquarum principio rerum terras obrutas tenuit, sive ignis, qui et mundum genuit, cuncta possedit, utrisque primordii Scythas origine praestare. (15) Nam si ignis prima possessio rerum fuit, qui paulatim extinctus sedem terris dedit, nullam prius quam septentrionalem partem hiemis rigore ab igne secretam, adeo ut nunc quoque nulla magis rigeat frigoribus; (16) Aegyptum vero et totum orientem tardissime temperatum, quippe qui etiam nunc torrenti calore solis exaestuaret. (17) Quodsi omnes quondam terrae submersae profundo fuerunt, profecto editissimam quamque partem decurrentibus aquis primum detectam, humillimo autem solo eandem aquam diutissime inmoratam; (18) et quanto prior quaeque pars terrarum siccata sit, tanto prius animalia generare coepisse. (19) Porro Scythiam adeo editiorem omnibus terris esse, ut cuncta flumina ibi nata in Maeotim, tum deinde in Ponticum et Aegyptium mare decurrant; (20) Aegyptum autem, quae tot regum, tot saeculorum cura inpensaque munita sit et adversum vim incurrentium aquarum tantis instructa molibus, tot fossis concisa, ut, cum his arceantur, illis recipiantur aquae, nihilo minus coli nisi excluso Nilo non potuerit nec possit, videri hominum vetustate ultimam [quae ex aggerationibus re-

страны пылали отъ чрезмѣрнаго солнечнаго жара, а другія кочевѣли отъ ужаснаго холода, такъ что не могли не только первыми произвести людей, но даже принимать пришельцевъ и предоставлять имъ сносныя условія жизни, пока не были найдены средства защиты отъ жара и холода или неблагопріятныя условія мѣстностей были облегчены искусственными средствами, — въ это время-де Эгипетъ обладалъ климатомъ настолько умѣреннымъ, что ни зимніе холода, ни лѣтній солнечный зной не причиняли страданій его обитателямъ, а почва его была настолько плодородна, что ни одна страна не производила болѣе продовольствія на пользу людямъ: поэтому-де первоначальною родиною людей съ полнымъ правомъ должна считаться та страна, гдѣ они легче всего могли вскормиться. Напротивъ, Скионы вовсе не признавали умѣренность климата доказательствомъ древности: природа дескать, какъ только распредѣлила по странамъ начала жара и холода, немедленно произвела и живыя существа, способныя переносить климатъ каждой мѣстности; даже породы деревьевъ и плодовъ видоизмѣняются сообразно съ мѣстными условіями. Насколько климатъ Скионіи суровѣе эгипетскаго, настолько выносливѣе тамъ тѣла и души. Впрочемъ, если вышнія части свѣта нѣкогда составляли одно цѣлое, то заливалъ ли первоначально земли водный потокъ, или вездѣ царилъ огонь, изъ котораго и созданъ міръ, въ Скионіи скорѣе могла развиваться и та и другая стихія: если первоначально владычествовалъ въ мірѣ огонь, который, понемногу погасая, далъ мѣсто землямъ, то ни одна часть свѣта не была выдѣлена изъ огня раньше, чѣмъ сѣверная вслѣдствіе зимнихъ холодовъ, такъ что даже и теперь ни одна богѣе не цѣпенѣетъ отъ холодовъ; тогда какъ Эгипетъ и весь Востокъ позже всѣхъ получили умѣренную температуру, такъ какъ они и теперь еще высыхаютъ отъ жгучаго солнечнаго зноя; если же всѣ земли нѣкогда были глубоко затоплены, то, конечно, прежде всего обнажились вслѣдствіе стока водъ наиболѣе выдающіяся части, а на самыхъ низменныхъ мѣстахъ та же вода стояла дольше всего; и чѣмъ раньше высохла кака-нибудь часть земли,

gum sive Nili trahentis limum terrarum recentissima videatur]. His igitur argumentis superatis Aegyptiis antiquiores semper Scythae visi.

2. Scythia autem in orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, ab altero montibus Riphaeis, a tergo Asia et Phasi flumine. (2) Multum in longitudinem et latitudinem patet. (3) Hominibus inter se nulli fines. Neque enim agrum exercent, nec domus illis ulla aut tectum aut sedes est, armenta et pecora semper pascentibus et per incultas solitudines errare solitis. (4) Uxores liberosque secum in plaustris vehunt, quibus coriis imbrum hiemis causa tectis pro domibus utuntur. (5) Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. (6) Nullum scelus apud eos furto gravius: quippe sine tecto munimentoque pecora et armenta habentibus quid inter silvas supresset, si furari liceret? (7) Aurum et argentum non perinde ac reliqui mortales adpetunt. (8) Lacte et melle vescuntur. (9) Lanae his usus ac vestium ignotus, [et] quamquam continuis frigoribus urantur; pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur. (10) Haec continentia illis morum quoque iustitiam edidit, nihil alienum concupiscentibus; quippe ibi divitiarum cupido est, ubi et usus. (11) Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio abstinentiaeque alieni foret; (12) profecto non tantum bellorum per omnia saecula terris omnibus continueretur, (13) neque plus hominum ferrum et arma quam naturalis fatorum condicio

тѣмъ раньше начала она производить живна существа. Скѣеія же до такой степени возвышеннѣе всѣхъ земель, что всѣ начинающіяся въ ней рѣки стекаютъ въ Мэотиду, а затѣмъ уже въ Понтійское и Египетское море; тогда какъ Египетъ, который укрѣпленъ стараніями и трудами столькихъ царей и вѣковъ, который противъ напора вливающихся водъ застроенъ такими громадными плотинами и изрѣзанъ столькими каналами, принимающими въ себя задержанныя плотинами воды, тѣмъ не менѣе могъ и можетъ быть воздѣлываемъ только подъ условіемъ загражденія Нила и поэтому кажется послѣднею странюю въ отношеніи древности обитателей, такъ какъ онъ и образованъ, повидимому, позднѣе всѣхъ странъ посредствомъ царскихъ плотинъ или иловыхъ наносовъ Нила. Такими доказательствами Скѣеон одержали верхъ надъ Египтянами и всегда казались народомъ болѣе древняго происхожденія.

2. Скѣеія, разстлалая по восточному направленію, съ одной стороны ограничивается Понтомъ, съ другой — Рифѣйскими горами, съ тѣлу — Азіей и рѣкой Фасидомъ. Она очень велика и въ длину и въ ширину. Между отдѣльными народами нѣтъ никакихъ границъ: они не занимаютъ земледѣіемъ, у нихъ нѣтъ ни домовъ, ни другихъ жилищъ, ни постоянныхъ мѣстъ жительства, такъ какъ они постоянно пасутъ стада крупнаго и мелкаго скота и по привычкѣ кочуютъ по невоздѣланымъ степямъ. Женъ и дѣтей они возятъ съ собою на повозкахъ, которыя покрываются кожами для защиты отъ дождей и зимнихъ холодовъ и служатъ имъ жилищами. Понятіе о справедливости внушено имъ собственнымъ умомъ, а не законами. Самымъ тяжкимъ преступленіемъ у нихъ считается воровство: въ самомъ дѣлѣ, у народа, не прибѣгающаго подъ защиту кровли и владѣющаго только крупнымъ и мелкимъ скотомъ, что оставалось бы въ дѣсахъ, если бы воровство считалось позволительнымъ? Къ золоту и серебру они не питаютъ страсти подобно остальнымъ смертнымъ. Пищею имъ служить молоко и медъ; употребленіе шерстяныхъ одеждъ имъ неизвѣстно и, хотя они страдаютъ отъ постоянныхъ холодовъ, но употребляютъ для одежды только звѣ-

raperet; (14) prorsus ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quod Graeci longa sapientium doctrina praecceptisque philosophorum consequi nequeunt, cultosque mores incultae barbariae conlatione superare. (15) Tanto plus in illis proficit vitiorum ignorantio quam in his cognitio virtutis.

3. Imperium Asiae ter quaesivere; ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansere. (2) Dareum, regem Persarum, turpi a Scythia submoverunt fuga, (3) Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt, (4) Alexandri Magni ducem Zopyrionem pari ratione cum copiis universis deleverunt. (5) Romanorum audire, non sensere arma. (6) Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderunt. (7) Gens laboribus et bellis aspera, vires corporum immensae; nihil parare, quod amittere timeant, nihil victores praeter gloriam concupiscunt. (8) Primus Scythias bellum indixit Veosis, rex Aegyptius, missis primo legatis, qui hostibus parendi legem dicerent. (9) Sed Scythiae iam ante de adventu regis a finitimis certiores facti legatis respondent: (10) tam opulenti populi ducem stolide adversus inopes occupasse bellum, (11) quod magis domi fuerit illi timendum, quod belli certamen anceps, praemia victoriae nulla, damna manifesta sint. (12) Igitur non expectaturos Scythas, dum ad se veniatur, cum tanto sibi plura in hoste concupiscenda sint, ultroque praedae ituros obviam. (13) Nec dicta res morata. Quos cum tanta celeritate advenire rex didicisset, in fugam vertitur exercituque cum omni apparatu belli relicto in regnum trepidus se recepit. (14) Scythas ab Aegypto paludes prohibuere. (15) Inde reversi Asiam perdomitam vectigalem fecere, modico tributo magis in titulum imperii quam in victoriae praemium inposito. (16) XV annis pacandae Asiae inmorati uxorum flagitatione revocantur, per legatos denuntiantibus, ni redeant, subolem se ex finitimis quaesituras nec passuras, ut in posteritatem Scytharum genus per feminas intercidat. (17) His igitur Asia

рияны и мышинны шкуры. Эта воздержность произвела у них и справедливость нравовъ, именно отсутствіе страсти къ чужому: вѣдь страсть къ богатствамъ бываетъ только тамъ, гдѣ умѣютъ ими пользоваться. Весьма удивительнымъ кажется, что сама природа даетъ имъ то, чего Греки не могутъ достигнуть путемъ длинной науки мудрецовъ и наставленій философовъ, и что необразованное варварство при сравненіи оказывается выше образованныхъ нравовъ: настолько первымъ полезнѣе незнакомство съ пороками, чѣмъ послѣднимъ знаніе добродѣтели.

3. Владычества надъ Азіей Скиѣмъ добивались трижды; сами они постоянно оставались или не тронутыми, или не побѣжденными чуждымъ владычествомъ. Персидскаго царя Дарія они съ позоромъ выгнали изъ Скиѣи; Кира перерѣзали со всѣмъ войскомъ; Зопиріона, полководца Александра Великаго, точно такъ же уничтожили со всею арміею; оружіе Римлянъ узнали только по слухамъ, но не почувствовали. Сами они основали Парѣнское и Бактрійское царства. Все племя отличается выносливостью въ трудахъ и на войнѣ и необычайною тѣлесною силой; они не пріобрѣтаютъ ничего такого, что боялись бы потерять, а оставаясь побѣдителями, ничего не желаютъ, кромѣ славы. Первый объявилъ войну Скиѣамъ египетскій царь Везосисъ, пославъ напередъ пословъ предложить врагамъ изъявить покорность; но Скиѣмъ, уже равнѣ получившіе отъ сосѣдей извѣстіе о нашествіи царя, отвѣтили посламъ: предводитель столь богатаго народа лишь по высокому рю началъ-де войну съ нищими, войну, которой ему болѣе слѣдовало бы опасаться дома, такъ какъ исходъ войны сомнительнъ, награды за побѣду нѣтъ никакой, а вредъ очевиденъ. Поэтому-де Скиѣмъ не будутъ ждать, пока придетъ къ нимъ врагъ, отъ котораго имъ слѣдуетъ желать гораздо большаго (чѣмъ врагу отъ нихъ), но сами пойдутъ на встрѣчу добычѣ. Дѣло не замедлило послѣдовать за словами. Царь, узнавъ, что они приближаются съ такой быстротой, обратился въ бѣгство и, покинувъ войско со всѣми военными приготвленіями, спасся въ свое царство. Болота не пропустили Скиѣовъ въ Египетъ. Возвратившись оттуда, они покорили Азію

per mille quingentos annos vectigalis fuit. (18) Pendendi tributi finem Ninus, rex Assyriorum, inposuit.

4. Sed apud Scythas medio tempore duo regii iuvenes, Plinos et Scolopitus, per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuventutem secum traxere (2) et in Cappadociae Ponticae ora iuxta amnem Thermodonta consederunt subiectosque Themiscyrios campos occupavere. (3) Ibi per multos annos spoliare finitimos adsueta conspiratione populorum per insidias trucidantur. (4) Horum uxores cum viderent exilio suo additam orbitatem, arma sumunt finesque suos submoventes primo, mox etiam inferentes bella defendunt. (5) Nubendi quoque finitimis animum omisere, servitutem, non matrimonium appellantes. (6) Singulare omnium saeculorum exemplum ausae rem publicam sine viris, iam etiam cum contemptu virorum tuentur. (7) Et ne feliciores aliae aliis viderentur, viros, qui domi remanserant, interficiunt. (8) Ultionem quoque caesorum coniugum excidio finitimorum consequuntur. (9) Tum pace armis quaesita, ne genus interiret, concubitus finitimorum ineunt. (10) Si qui mares nascerentur, interficiebant. Virgines in eundem ipsius morem, non otio neque lanificio, (11) sed armis, equis, venationibus exercebant, inustis infantum dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impedirentur: unde dictae Amazones...

(26)... Orithya, ubi conperit bellum sororibus inlatum et raptorem esse Atheniensium principem, hortatur comites in ultionem frustra et Ponti sinum et Asiam

и сдѣлали ее своею данницею, паложивъ умѣренную дань скорѣе въ видѣ доказательства своей власти, чѣмъ въ видѣ награды за побѣду. Употребивъ 15 лѣтъ на умпротвореніе Азіи, они были отозваны оттуда просьбою своихъ женъ, которыя объявили имъ чрезъ пословъ, что если мужа не возвратятся, то онѣ постараются приплыть потомство съ сосѣдами и не допустить, чтобы въ будущемъ Скиѣское племя погибло по винѣ женщинъ. Азія платила имъ дань въ теченіи 1500 лѣтъ; конецъ уплатѣ данн положилъ Ассирійскій царь Нино.

4. Въ это время двое Скиѣскихъ юношей изъ царскаго рода, Плинъ и Сколопитъ, изгнанные изъ отечества ковами вельможъ, увлекли за собою множество молодежи, поселились на Каппадокійскомъ берегу у рѣки Термодонта и заняли сосѣднюю Темискирскую равнину. Тамъ они въ теченіе многихъ лѣтъ грабили сосѣдей и потомъ были измѣннически убиты вслѣдствіе заговора народовъ. Жены ихъ, видя, что къ изгнанію прибавилось сиротство, сами взяли за оружіе и стали защищать свои владѣнія сначала оборонительными войнами, а потомъ и наступательными. Онѣ не хотѣли и думать о брачныхъ связяхъ съ сосѣдами, называя ихъ рабствомъ, а не бракомъ. Представляя единственный въ своемъ родѣ для всѣхъ вѣковъ примѣръ, онѣ рѣшились править государствомъ безъ мужчинъ и даже съ презрѣніемъ къ нимъ; для того, чтобы однѣ не казались счастливѣе другихъ, онѣ перебили и тѣхъ мужчинъ, которые оставались дома, и отомстили за избіеніе мужей избіеніемъ сосѣдей. Но затѣмъ, оружіемъ свискавъ миръ, онѣ вступаютъ въ половыя сношенія съ сосѣдами съ цѣлью предотвратить гибель своего рода. Если рождались дѣти мужскаго пола, онѣ ихъ избивали, а дѣвочекъ воспитывали въ однихъ съ собою нравахъ, именно приучали не къ бездѣлю или обработкѣ шерсти, а къ оружію, лошадямъ и охотѣ, при чемъ выжигали правыя груди дѣвочекъ, чтобы не было помѣхи при стрѣльбѣ изъ лука; отъ этого онѣ и получили названіе Амазонокъ...

26. Орѣія, узнавъ о томъ, что противъ ея сестеръ начата война и что похитителемъ [ея сестры Ипполиты] былъ Аѳинскій царь. [Оисей], обращается съ

edomitam esse dicit, si Graecorum non tam bellis quam rapinis pateant. (27) Auxilium deinde a Sagylo, rege Scythiae, petit: genus Scytharum esse, cladem virorum, necessitatem armorum, belli causas ostendit, adsecutasque virtute, ne segniores viris feminas habere Scythae viderentur. (28) Motus ille domestica gloria mittit cum ingenti equitatu filium Panasagorum in auxilium. (29) Sed ante proelium dissensione orta ab auxiliis desertae bello ab Atheniensibus vincuntur. (30) Receptaculum tamen habuere castra sociorum, quorum auxilio intactae ab aliis gentibus in regnum revertuntur. (31) Post Orithyam Penthesilea regno potita est, cuius Troiano bello inter fortissimos viros, cum auxilium adversus Graecos ferret, magna virtutis documenta extitere. (32) Interfecta deinde Penthesilea exercituque eius absumpto paucae, quae in regno remanserant, aegre se adversum finitimos defendentes usque ad tempora Alexandri Magni duraverunt. Harum Minithya sive Thalestris regina, concubitu Alexandri per dies tredecim ad subolem ex eo generandum obtento, reversa in regnum brevi tempore cum omni Amazonum nomine intercidit.

5. Scythae autem tertia expeditione Asiana cum annis octo a coniugibus ac liberis afuissent, servili bello domi excipiuntur. (2) Quippe coniuges eorum longa expectatione virorum fessae nec iam teneri bello, sed deletos ratae servis ad custodiam pecorum relictis nubunt, (3) qui reversos cum victoria dominos velut advenas armati finibus prohibent. (4) Quibus cum varia victoria fuisset, admoventur Scythae mutare genus pugnae, memores non cum hostibus, sed cum servis proeliandum, nec armorum sed dominorum iure vincendos, verbera in aciem, non tela adferenda, omissoque ferro virgas et flagella ceteraque servilis metus paranda instrumenta. (5) Probato omnes

увѣщаніями къ спутницамъ и говоритъ, что напрасно поработенъ и Понтійскій заливъ и Азія, если они будутъ открыты не столько для войнъ, сколько для грабежей Грековъ. Затѣмъ она обращается къ Скенскому царю Сагглу за помощью на томъ основаніи, что сами онѣ — Скенскаго происхожденія; она выставляетъ на видъ гибель мужчинъ, необходимость защищаться, причины войны и тотъ фактъ, что, благодаря ихъ доблести, Скенскія женщины считаются не хуже мужчинъ. Увлеченный славой своего племени, Сагглъ посылаетъ на помощь сына своего Панасагора съ огромной конницей. Передъ битвой Амазонки были покинуты своими вспомогательными войсками вслѣдствіе происшедшей ссоры и потерпѣли поражение отъ Аѳинянъ, но нашли убѣжище въ лагерѣ союзниковъ, съ помощью которыхъ возвратились въ свое царство, не потерпѣвъ вреда отъ другихъ народовъ. Послѣ Ориѳіи овладѣла царствомъ Пенесилея, о доблести которой во время Троянской войны среди храбрѣйшихъ мужей, когда она пришла на помощь противъ Грековъ, имѣются вѣскія свидѣтельства. Послѣ убіенія Пенесилеи и истребленія ея войска немногія, оставшіяся на родинѣ, съ трудомъ отбивая нападенія сосѣдей, владели свое существованіе вплоть до временъ Александра Великаго. Царица ихъ Миніея или Фалестрія, добившись тринадцатидневной связи съ Александромъ для произведенія отъ него потомства и затѣмъ возвратившись въ свое царство, вскорѣ послѣ того погибла со всѣми Амазонками, и самое имя ихъ исчезло.

5. Во время третьяго похода въ Азію Скенъ восемь лѣтъ пробыли вдали отъ женъ и дѣтей, и по возвращеніи домой имъ пришлось вступить въ войну съ рабами: жены ихъ, истомившись долгимъ ожиданіемъ мужей и полагая, что они не задержаны войною, а истреблены, вступили въ браки съ рабами, оставленными для охраны стадъ; и вотъ, когда господа побѣдоносно вернулись домой, рабы съ оружіемъ въ рукахъ преградили имъ, какъ бы чужеземцамъ, доступъ въ ихъ землю. Когда побѣда оказывалась то на той, то на другой сторонѣ, Скенъ былъ поданъ совѣтъ измѣнить родъ битвы, понявъ, что имъ приходится драться не съ врагами, а съ ра-

consilio instructi, sicut praeceptum erat, postquam ad hostem accessere, inopinantibus verbera intenta; adeoque illos perculerunt, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent, fugamque non ut hostes victi, sed ut fugitivi servi capessero. (6) Quicumque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. (7) Mulieres quoque male sibi consciae partim ferro, partim suspendio vitam finierunt. (8) Post haec pax apud Scythas fuit usque tempora Ianthryi regis. (9) Huic Dareus, rex Persarum, sicut supra dictum est¹⁾, cum filiae eius nuptias non obtinuisset, bellum intulit (10) et armatis septingentis milibus hominum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus pugnae potestate metuens, ne interrupto ponte Histri reditus sibi intercluderetur, amissis LXXX milibus hominum trepidus refugit; (11) quae iactura abundante multitudinem inter damna numerata non est....

бани, и одолѣть ихъ пушно не оружіемъ, а правомъ господъ; нужно взять на битву бичи, а не оружіе, отложить въ сторону желѣзо и заготовить розги, кнуты и другія орудія, наводящія страхъ на рабовъ. Одобривъ этотъ совѣтъ, они всѣ вооружились, какъ было указано, и, приблизившись къ врагамъ, неожиданно осыпали ихъ ударами и привели въ такой ужасъ, что страхомъ ударовъ были побѣждены тѣ, которыхъ не могло одолѣть оружіе, и бросились бѣжать не какъ побѣжденные враги, а именно какъ бѣгле рабы; всѣ, кого удалось захватить, были казнены распятіемъ на крестѣ. Жены ихъ вслѣдствіе угризеній совѣсти покончили съ собою отчасти мечемъ, отчасти повѣшеніемъ. Послѣ этого Скиѣн жила мирно до времени царя Іанѣира. Противъ этого послѣдняго Персидскій царь Дарій, какъ сказано выше, пошелъ войною за то, что не получилъ руки его дочери, и вступилъ въ Скиѣю съ 700000 вооруженныхъ людей, но, не получивъ отъ враговъ возможности сразиться и боясь, чтобы они не разрушили моста на Истрѣ и тѣмъ не отрѣзали ему отступленія, съ трепетомъ бѣжалъ назадъ, потерявъ 80000 людей; впрочемъ, эта потеря, при изобиліи народонаселенія въ его царствѣ, не была сочтена за несчастье....

Lib. IX, c. 1, § 9 [Philippus Chersonesi urbibus expugnatis] In Scythiam quoque praedandi causa profectus est, more negotiantium inpensas belli alio bello refecturus.

2. Erat eo tempore rex Scytharum Atheas, qui cum bello Histrianorum premeretur, auxilium a Philippo per Apollonieneses petit, in successionem eum regni Scythiae adoptaturus; (2) cum interim Histrianorum rex decedens et metu belli et auxiliorum necessitate Scythas solvit. (3) Itaque Atheas remissis Macedonibus nuntiari Philippo iubet neque auxilium eius se petisse neque adoptionem mandasse; (4) nam neque vindicta Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent, neque heredem sibi incolumi filio deesse. (5) His auditis Philippus legatos ad Atheam mittit inpensae obsidionis portionem petentes, ne inopia deserere

[Филиппъ, завоевавъ Херсонесскіе города,] отправился даже въ Скиѣю за добычею, чтобы по купечески возмѣстить военныя издержки новой войной.

Въ то время въ Скиѣи былъ царь Аѳей; тѣснимый войною со стороны Истрианцевъ, онъ чрезъ посредство Аполлонійцевъ попросилъ помощи у Филиппа, обѣщая за это усыновить его и сдѣлать наслѣдникомъ Скиѣскаго царства; между тѣмъ царь Истрианскій умеръ и такимъ образомъ освободилъ Скиѣю и отъ страха войны, и отъ нужды въ помощи. Тогда Аѳей отпустилъ Македонянъ и приказалъ передать Филиппу, что онъ не просилъ у него помощи и не предлагалъ усыновленія, ибо Скиѣи не нуждаются въ защитѣ Македонянъ, которыхъ они превосходятъ храбростью, и ему не нуженъ на-

1) V. pag. 56.

bellum cogatur; (6) quod eo promptius eum facere debere, quod missis a se in auxilium eius militibus ne sumptum quidem viae, non modo officii pretia dederit. (7) Atheas inclementiam caeli et terrae sterilitatem causatus, quae non patrimoniis ditet Scythas, sed vix alimentis exhibeat, respondit nullas sibi opes esse, quibus tantum regem expleat; (8) et turpius putare parvo defungi quam totum abnuere; (9) Scythas autem virtute animi et duritia corporis, non opibus censi. (10) Quibus inrisus Philippus soluta obsidione Byzantii Scythica bella adgreditur, praemissis legatis, quo securiores faceret, qui nuntient Atheae: dum Byzantium obsidet, vovisse se statuam Herculi, (11) ad quam in ostio Histri ponendam se venire; pacatum accessum ad religionem dei petens, amicus ipse Scythis venturus. (12) Ille, si voto fungi vellet, statuam sibi mitti iubet; non modo ut ponatur, verum etiam ut inviolata maneat pollicetur; exercitum autem fines ingredi negat se passurum. (13) Ac si invitis Scythis statuam ponat, eo digresso sublaturum versurumque aes statuae in aculeos sagittarum. (14) His utrimque inritatis animis proelium committitur. Cum virtute et numero praestarent Scythae, astu Philippi vincuntur. (15) XX milia puerorum ac feminarum capta, pecoris magna vis, auri argentique nihil. Ea primum fides inopiae Scythicae fuit. (16) XX milia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa.

слѣдникъ при жизни сына. Услышавъ это, Филиппъ послалъ къ Аею пословъ съ требованіемъ части издержекъ на осаду, чтобы онъ не былъ принужденъ оставить войну по неимѣнію денегъ; Аей долженъ-де исполнить это требованіе съ тѣмъ болѣею готовностью, что посланнымъ къ нему на помощь воинамъ не только не заплатилъ за ихъ услуги, но даже не далъ содержанія. Аей, выставляя на видъ суровость климата и скудость земли, которая не только не обогащаетъ Скивовъ наследственными имѣніями, но едва даетъ нужное для пропитанія, отвѣтилъ, что у него нѣтъ такихъ сокровищъ, которыми можно было бы удовлетворить столь богатаго царя; что, по его мнѣнію, постыднѣе отдѣлаться малымъ, чѣмъ отказать во всемъ, и что Скивы дѣлятся не по богатствамъ, а по душевной доблести и тѣлесной выносливости. Раздраженный этимъ отвѣтомъ Филиппъ, снявъ осаду Византии, занялся войною со Скивами и, чтобы внушить имъ безпечность, послалъ напередъ пословъ объявить Аею, что онъ во время осады Византии обѣщалъ статуу Ираку и теперь идетъ поставить ее у устья Истра; поэтому онъ требовалъ свободного пропуска для исполненія священнаго обѣта богу и говорилъ, что идетъ къ Скивамъ какъ другъ. Аей предложилъ послать къ нему статуу, если онъ желаетъ исполнить обѣтъ; онъ обѣщалъ не только поставить ее, но и заботиться объ ея нерушимости; а съ войскомъ-де вступить въ свои владѣнія онъ не позволитъ; если же Филиппъ поставитъ статуу противъ желанія Скивовъ, то по его удаленію онъ ее ниспровергнетъ и мѣдъ ея употребитъ на кончечники стрѣлъ. Когда такимъ образомъ обѣ стороны пришли въ раздраженіе, завязалась битва, въ которой Скивы, не смотря на превосходство ихъ душевной доблести и численности, были побѣждены хитростью Филиппа; взято было 20000 дѣтей и женщинъ, множество скота, по золоту и серебру совсѣмъ не оказалось, чѣмъ впервые была засвидѣтельствована бѣдность Скивовъ; 20000 ровныхъ кобылицъ было отослано въ Македонію для произведенія породы.

Lib. X, c. 3, § 1. Hereditas regni [Persarum] Ocho tradita, qui.... (2).... bellum

Персидскій престолъ перешелъ по наследству къ Оху, который.... пошелъ вой-

Cadusiis infert. (3) In eo adversus provocatorem hostium Codomannus quidam cum omnium favore processit et hoste caeso victoriam suis pariter et prope amissam gloriam restituit. (4) ob haec decora idem Codomannus praeficitur Armeniis...

пою противъ Кадусіевъ. Въ этой войнѣ нѣкто Кодоманнъ при всеобщемъ одобреніи выступилъ противъ вызывавшаго на поединокъ врага и, убивъ его, доставилъ своимъ побѣду и возстановилъ почти совершенно утраченную славу. За этотъ подвигъ Кодоманнъ былъ назначенъ сатрапомъ Арменіи...

Lib. XII, c. 1, § 4 [Brevi post Darei mortem] epistulae Antipatri a Macedonia [Alexandro] redduntur, quibus... bellum Zopyrionis, praefecti ipsius, in Scythia continebatur. Quibus varie adfectus plus tamen laetitia... quam doloris amissi cum Zopyrione exercitus cepit...

[Вскорѣ послѣ смерти Дарія] Александру было вручено письмо Антипатра изъ Македоніи, въ которомъ излагалась... война Зопиріона, его намѣстника въ Скѣевіи. Письмо это возбудило въ немъ различныя чувства, впрочемъ болѣе радости... чѣмъ скорби о войскѣ, погибшемъ съ Зопиріономъ.

Lib. XII, c. 2, § 16. ...Zopyrion.. praefectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, otiosum se ratus, si nihil et ipse gessisset, adunato XXX milium exercitu Scythis bellum intulit caesusque cum omnibus copiis poenas temere inlati belli genti innoxiae luit.

...Зопиріонъ, оставленный Александромъ Великимъ въ качествѣ намѣстника Понта, полагая, что его признаютъ лѣпымъ, если и онъ не совершитъ никакого *предпріятія*, собралъ 30000 войска и пошелъ войною на Скѣевовъ, но былъ уничтоженъ со всею арміею и *такимъ образомъ* поплатился за необдуманное начатіе войны съ неповиннымъ народомъ.

Lib. XII, c. 5, § 9. Inde [i. e. ex Parthis] Drangas, Euergetas, vel Arimaspos, Parapamesadas ¹⁾ ceterosque populos, qui in radice Caucasi morabantur, subegit [Alexander].... (12) Et ut his terris nomen relinqueret, urbem Alexandream super amnem Tanaim condidit, intra diem septimum decimum muro sex milium passuum consummato, translatis eo trium civitatum populis, quas Cyrus condiderat.

За Парейянами Александръ покорилъ Дранговъ, Еввергетовъ или Аримасповъ, Парамесадовъ и другіе народы, обитавшіе у подошвы Кавказа... и для того, чтобы оставить *свое* имя этимъ странамъ, основалъ городъ Александрію надъ рѣкою Танаидомъ, причемъ въ 17 дней построилъ стѣну въ 6000 шаговъ длины, и перевелъ туда населеніе трехъ городовъ, которые нѣкогда основалъ Киръ.

Lib. XXXII, c. 3, § 13. Histrorum gentem fama est originem a Colchis ducere, missis ab Aeeta rege ad Argonautas, raptores filiae, persequendos; (14) qui ut a Ponto intraverunt Histrum, alveo Savi fluminis penitus invecti vestigia Argonautarum insequentes naves suas umeris per iuga montium usque ad litus Hadriatici maris transporterunt, cognito quod Argonautae idem propter magnitudinem navis priores fecis-

Истрийскій народъ, по предавію, ведетъ свое происхожденіе отъ Колховъ, посланныхъ царемъ Эйетомъ въ погоню за Аргонавтами, похитителями его дочери. Войдя съ Понта въ Истръ и затѣмъ далеко заѣхавъ по руслу рѣки Сава по слѣдамъ Аргонавтовъ, они перенесли свои суда на плечахъ черезъ горныя цѣпи до берега Адриатическаго моря, прослышавъ, что Аргонавты раньше сдѣлали то же *самое*

1) Cf. de hoc loco Rueshlii adn. criticam p. XXIX.

sent; (15) quos ut avectos Colchi non repererunt, sive metu regis sive taedio longae navigationis iuxta Aquileiam consedere Histricque ex vocabulo amnis, quo a mari recesserant, appellati.

Lib. XXXVII, c. 3, § 1. Ad regni deinde administrationem cum accessisset [Mithridates], statim non de regendo, sed de augendo regno cogitavit. (2) Itaque Scythas invictos antea, qui Zopyriona, Alexandri Magni ducem, cum XXX milibus armatorum deleverant, qui Cyrum, Persarum regem, cum CC milibus trucidaverant, qui Philippum, Macedonum regem, fugacem ceperant, ingenti felicitate perdomuit.

Lib. XXXVIII, c. 3, § 5. ...Mithridates societatem cum Tigraue bellum adversus Romanos gesturus iungit... (6) Post haec Mithridates intellecto quantum bellum suscitaret, legatos ad Cimbros, alios ad Gallograecos et Sarmatas Bastarnasque auxilium petitem mittit. (7) Nam omnes has gentes Romanum meditabundus bellum variis beneficiorum muneribus iam ante inlexerat. A Scythia quoque exercitum venire iubet omnemque Orientem adversus Romanos armat.

Lib. XXXVIII, c. 7, § 3¹⁾. Scythiam duos umquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Dareum et Philippum, aegre inde fugam sibi expedisse, unde ipse magnam adversus Romanos partem virium haberet. (4) Multoque se timidius ac diffidentius bella Pontica ingressum, cum ipse rudis ac tiro esset, Scythae praeter arma virtutemque animi locorum quoque solitudinibus vel frigoribus instructi, per quae denuntiaretur ingens militiae periculum ac labor. (5) Inter quas difficultates ne praemii quidem spes foret ex hoste vago nec tantum pecuniae, sed etiam sedis inope... (9) Sequantur se modo fortiter et colligant, quid se duce possit efficere tantus

вслѣдствіе величины своего корабля. Не найдя послѣднихъ, уже успѣвшихъ ухватъ, Колхи, изъ страха ил передъ царемъ, или наскучивъ долгимъ плаваніемъ, поселились близъ Аквилеи и назвались Истрами по имени рѣки, по которой поднялись отъ моря.

Приступивъ къ государственной дѣятельности, Митридатъ немедленно сталъ думать не объ управленіи государствомъ, а объ его увеличеніи. Итакъ онъ съ величайшимъ счастіемъ покорилъ непобѣдимыхъ прежде Скивовъ, которые уничтожили Зоппиона, полководца Александра Великаго, съ 30-тысячнымъ войскомъ, перерѣзали Персидскаго царя Кира съ двумястами тысячъ и захватили въ бѣгствѣ Македонскаго царя Филиппа.

Митридатъ, намѣреваясь вступить въ войну съ Римлянами, заключаетъ союзъ съ Тиграномъ... Затѣмъ, понимая, какую огромную затѣваетъ онъ войну, посылаетъ пословъ съ просьбою о помощи къ Кемврамъ, другихъ къ Галлогрекамъ, Сарматамъ и Бастарнамъ; всѣ эти народы онъ уже раньше привлекъ на свою сторону различными благодѣяніями, замышляя войну съ Римлянами. Онъ приказываетъ также явиться войску изъ Скиевъ и вооружаетъ противъ Римлянъ весь Востокъ.

Нѣкогда два царя, осмѣлившіеся не покорить Скиевъ, а только войти въ нее, именно Дарій и Филиппъ, съ трудомъ нашли путь для бѣгства оттуда, откуда самъ онъ получилъ значительную часть силъ для войны съ Римлянами. А между тѣмъ онъ съ гораздо большею робостью и неуверенностью приступилъ къ войнамъ въ Понтѣ, такъ какъ самъ онъ былъ еще неопытнымъ новичкомъ, а Скиевъ, кромѣ оружія и доблести, были защищены еще степною природою или холодами мѣстности, которыми обусловливались величайшія опасности и трудности похода. Среди этихъ затрудненій не было даже надежды на добычу отъ врага, кочующаго и не

1) Ex oratione Mithridatis ad milites, quae ab Iustino tota ex Pompeio Trogo exscripta est.

exercitus.... qui solus mortalium Pontum omnem Scythiamque pacaverit, quam nemo ante transire tuto atque adire potuit. (10) Nam iustitiae atque liberalitatis suae nec ipsos milites qui experiantur testes refugere et illa indicia habere, quod solus regum omnium non paterna solum, verum etiam externa regna hereditatibus propter munificentiam acquisita possideat, Colchos, Paphlagoniam, Bosporum.

имѣющаго не только денегъ, но даже и осѣдлости.. Пусть только *воины* храбро послѣдуютъ за нимъ и сообразятъ, что можетъ сдѣлать такое войско съ вождемъ.... который единственный изъ смертныхъ усмирилъ весь Понтъ и Скиюю, которую раньше никто не могъ безопасно пройти или даже вступить *въ нее*. Что же касается до его справедливости и щедрости, то ихъ не откажутся засвидѣтельствовать сами испытавшіе ихъ воины, а другія доказательства имѣются въ томъ, что онъ одинъ изъ всѣхъ владѣетъ не только отцовскимъ царствомъ, но и чужими, приобретенными по наслѣдству путемъ его щедрости, именно Колхидою, Пафлагоніею и Вострономъ.

Lib. XLI, c. 1, § 1. Parthi... Scytharum exules fuere. (2) Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur: nam Scythico sermone exules 'parthi' dicuntur.... (10) Hi domesticis seditionibus Scythia pulsati solitudines inter Hyrcaniam et Dahas et Aparthanos et Margianos furtim occupavere.

c. 2, § 3. Sermo his inter Scythicum Medicumque medius et utrimque mixtus.

Парсы.. были скинскіе изгнанники. Это очевидно даже изъ самаго ихъ названія: по-скински изгнанники называются «парсами».. Они, будучи изгнаны изъ Скииіи домашними усобицами, тайкомъ заняли степи между Ирканиею, Дагами, Апартанамъ и Маргіанамъ.

Языкъ у нихъ — средній между Скинскимъ и Мидійскимъ, помѣсь того и другого.

Lib. XLII, c. 2, § 9... Armenia a Cappadocia usque mare Caspium undecies centum milia passuum patet; sed et in latitudinem milia passuum septingenta porrigitur. (10) Conditam est autem ab Armenio, Iasonis Thessali comite, quem cum perditum propter insignem periculosamque regno suo virtutem Pelias rex cuperet, denunciata militia in Colchos abire iussit pellemque arietis memorabilem gentibus reportare, sperans interitum viri aut ex periculis tam longae navigationis aut ex bello tam profundae barbariae. (11) Igitur Iason divulgata opinione tam gloriosae expeditionis, cum ad eum certatim principes iuventutis totius ferme orbis concurrerent, exercitum fortissimorum virorum, qui Argonautae cognominati sunt, comparavit. (12) Quem cum magnis rebus gestis incolumem reduxisset, rursus a Peliae filii Thessalia † magna vi pulsus cum ingenti multitudine, quae ad famam virtutis eius ex omnibus gentibus cotidie confluebat, comite Medea uxore, quam repudiatam miseratione exilii rursus receperat, et Medo, privigno ab Aegeo,

...Арменія простирается отъ Каппадокии до Каспійскаго моря на 1100000 шаговъ въ длину, а въ ширину тянется на 700000 шаговъ. Она основана Арменіемъ, спутникомъ Θεσσαλίица Иасона. Царь Пелій, желая гибели послѣдняго вслѣдствіе его замѣчательной и опасной для его царства доблести, приказалъ ему отправиться въ страну Колховъ и привезти оттуда извѣстное народамъ руно барана, надѣясь, что онъ погибнетъ или вслѣдствіе опасностей столь дальняго плаванія, или въ войнѣ съ столь дикими варварами. Когда Иасонъ распространилъ слухъ о такомъ славномъ предпріятіи, къ нему стали наперерывъ стекаться цвѣтъ молодежи почти со всего свѣта, и онъ составилъ *цѣлое* войско изъ храбрѣйшихъ мужей, получившихъ названіе Аргонавтовъ. Онъ привелъ его назадъ невредимымъ, совершивъ великіе подвиги, но *тутъ* снова съ большимъ насиліемъ былъ изгнанъ изъ Θεσσαліи сыновьями Пеліа. *Тогда онъ* съ огромной толпой людей, которые ежедневно стекались къ нему изъ всѣхъ племенъ, привлекаемые славою

rege Atheniensium, genito, Colchos repeti-
vit socerumque Aetam regno pulsum re-
stituit.

3. Magna deinde bella cum finitimis
gessit captasque civitates partim regno so-
ceri ad abolendam superioris militiae iniu-
riam, qua et filiam eius Medeam abduxerat
et filium Aegialeum interfecerat, adiunxit,
partim populis, quos secum adduxerat,
adsignavit (2) primusque humanorum post
Herculeum et Liberum, qui reges Orientis
fuisse traduntur, eam caeli plagam domuisse
dicitur. (3) Populis quibusdam † Frygium
et Amphistratum, aurigas Castoris et Pol-
lucis, duces adsignavit. (4) Cum Albanis
foedus percussit, qui Herculeum ex Italia ab
Albano monte, cum Geryone extincto ar-
menta eius per Italiam duceret, secuti di-
cuntur, quique memores Italicae originis
exercitum Cn. Pompei bello Mithridatico
fratres salutavere. (5) Itaque Iasoni totus
ferme Oriens ut conditori divinos honores
templaque constituit, quae Parmenion, dux
Alexandri Magni, post multos annos dirui
iussit, ne cuiusquam nomen in Oriente ve-
nerabilius quam Alexandri esset. (6) Post
mortem Iasonis Medus aemulus virtutis eius
in honorem matris Mediam urbem condidit
regnumque ex nomine suo Medorum con-
stituit, sub cuius maiestate Orientis postea
imperium fuit. (7) Albanis vicinae Amaz-
ones sunt, quarum reginam Thalestrim con-
cubitus Alexandri petisse multi auctores
prodidere. (8) Armenius quoque, et ipse
Thessalus, unus de numero ducum Iasonis,
recollecta multitudine, quae amisso Iasone
rege passim vagabatur, Armeniam condi-
dit...
V. 336... *et lassi Pontica regis* Mithridates enim Ponti rex attritus a Pompeio est, qui iam et ab aliis Romanis ducibus saepius caesus erat, unde 'lassi' dixit (id est fatigati). *Vix autem consummata* ideo, quoniam solitus erat a pueritia adversum venena antidotum accipere e quod vulgo dieitur stagnatus erat. aliud maius ergo venenum accepit quo periret, et cum mori nequivisset, a filio Pharnaci [regis] occisus est.

...и *Понтийскія* утомленнаю царя: ибо Помпеемъ побѣжденъ Понтийскій царь Митридатъ, который уже неоднократно былъ разбитъ и другими Римскими вождями, почему *поэтъ* и сказалъ «утомленнаго». А *едва оконченна* потому, что *Митридатъ* съ дѣтства имѣлъ привычку принимать противоядіе противъ ядовъ и, какъ по просту говорится, былъ вылуженъ. Поэтому онъ принялъ другой, болѣе сильный ядъ, чтобы лишиться себя жизни, и, такъ какъ не могъ умереть и *отъ него*, былъ убитъ сыномъ Фарнакомъ.

V. 446. *Taranis non mitior ara Dianae* quia Diana humano cruore litabatur. *Scythicae* in Scythia apud Tauricam regionem *Diana* humano sanguine colebatur, cuius erat sacerdos Iphigenia.

Аттаръ Тарана не болѣе кроткій, чѣмъ *Дианѣ*, потому что Диану умилостивляли человѣческой кровью. *Скиѣской*: въ Скиѣи, въ Таврической землѣ чтелась человѣческой кровью Диана, жрицею которой была Ифигенія.

Lib. II.

V. 50 *non alliget Hister gelu* scilicet non retineat. *Hister* qui et Danubius¹⁾.

Пусть не связываетъ Истръ, т. е. пусть не удерживаетъ льдомъ. *Истръ* — то же что Данубій.

V. 52... *Albis fluvius Galliae vel Scythiae* qui dirimit Suebos a Cherusis.

Эльба — рѣка Галліи или Скиѣи, которая раздѣляетъ Свевовъ отъ Херусовъ.

V. 553. *Sciticis ab oris* quoniam Parthi ab Scithia habent originem.

Отъ Скиѣскихъ береговъ, потому что Парсы ведутъ свое происхождение изъ Скиѣи.

1) Idem adnotat schol. ad l. II v. 418.

V. 581. *Romana(ue) fata morantem*
quoniam XLVII annis cum Mitridate pugna-
tum est.

И замедляшаго судьбы Рима, потому
что война съ Митридатомъ велась 47 лѣтъ.

V. 591. *Enioci gens in Ponto. Noti-*
q(ue) erepto vellere Colchi quoniam Argo-
nautae iussu Peliae vellus aureum transtu-
lerunt.

Иниоци — народъ въ Понтѣ. *Извѣст-*
ныя похищеніемъ руна Колхи, потому что
Аргонавты по повелѣнію Пелія перевесли
золотое руно.

V. 637... *nec Farnacis arma relinquit*
Mitridatis filius qui patrem occidit.

...И не покидай войны съ Фарнакомъ:
сынъ Митридата, который убилъ отца.

V. 641. *Scitici paciens Meotia plaustris*
quod alligata gelu plaustris transeat in
hieme.

Меотійское болото, терпѣливо пере-
носящее Скиѣскія повозки, потому что
зимомъ, когда оно сковано льдомъ, чрезъ
него переѣзжаютъ на повозкахъ.

Lib. III.

V. 86... Cum Orestes iussu oraculi ex
Taurica, quae regio in Scythia est, raptum
Athenas pertulisset simulacrum Dianae,
traditur propter crudelitatem numinis re-
ceptum non esse, et ob hoc deportatum in
eam partem Italiae, in qua nemus Aricinum
est [consecratum]...¹⁾.

...Когда Орестъ по повелѣнію оракула
перенесъ въ Аѳины кумиръ Діаны, похи-
щенный изъ Таврической области въ Ски-
ѣю, то, по преданію, онъ не былъ тамъ
принятъ по причинѣ кровожадности бо-
жества и поэтому отнесенъ въ ту часть
Италіи, гдѣ [посвящена] Арицинская роща...

V. 190... in Illirico iuxta Histriam insu-
lae sunt Absirtides, ab Absirto fratre Me-
deae dictae, ubi interfectus est.

...Въ Иллирію подлѣ Истрии есть
острова Абсиртиды, названныя отъ Абсир-
та, брата Мидіи, гдѣ онъ былъ убитъ.

V. 193... ex quo Iason ab Ioico iussu
Peliae navigavit in Colchidem, effecit ut
hoc exemplo gentes ad se invicem trans-
mearent.

...Съ тѣхъ поръ какъ Іасонъ изъ Іоика
по повелѣнію Пелія приплылъ въ Колхиду,
онъ сдѣлалъ то, что по его примѣру на-
роды стали переѣзжать другъ къ другу.

V. 200 *et barbara Cone* civitas in
insula Istri fluminis.

И варварская Кона: городъ на остро-
вѣ рѣки Истра.

V. 201. *Sarmaticas ubi perdit a(quas)*
ubi Ister perdit Sarmaticas aquas divisione
septena vel quina. an 'perdit' ideo quoniam
diffunditur per paludes. Alii dicunt sorberi
ibi fluvium et ire sub terras. *Sarmaticas*

Гдѣ теряетъ Сарматскія воды: гдѣ
Истръ теряетъ Сарматскія воды вслѣдствіе
раздѣленія на семь или на пять частей.
Или «теряетъ» потому, что разливается по
болотамъ. Другіе говорятъ, что тамъ рѣка

1) Cf. schol. ad VI, 74: Orestes cum fureret, responsum accepit se respirare non posse nisi Dianam ex Scythia in Italiae nemore id est Aricino posuisset...

ubi perdit a (quas) quoniam et per Sarmatas transit, ubi Danuvius appellatur iam divisus... Peuce insula in Istro. Cone insula...

поглощается и идетъ подъ землю. — *Гдѣ терлеть Сарматскія воды*, потому что онъ проходитъ и черезъ землю Сарматовъ, гдѣ уже послѣ раздѣленія называется Данувіемъ... *Певка* — островъ на Истрѣ. *Кона* — островъ...

V. 267 *errantes Scitiae populi Amachobii.*

Кочующіе народы Скиѣи: Амаксоніи.

V. 269... *Eniochi Scitiae gens maritimae equitandi usum a Castore et Polluce didicerunt.*

...Иніохи, племя приморской Скиѣи, научились верховой ѣздѣ отъ Кастора и Поллукса.

271. *Rura ditissima Colcorum propter pellem auream.*

Богатѣйшія нивы Колковъ: по причинѣ золотого руна.

V. 277... *Meotidos egerit undas intelligi vult quemadmodum per Gades oceanus in mare nostrum immittatur, sic aquas Maeotidos paludis in Pontum effundi. Herculis enim columnae in oceano Libiam ab Europa dividunt... 'Maeotidas' per quas Tanaïs exit.*

...*Выводитъ воины Мэотиды:* поэтъ говоритъ въ томъ смыслѣ, что, какъ океанъ черезъ Гады впадаетъ въ наше море, такъ воды Мэотійскаго болота изливаются въ Понтъ. Ибо Геркулесовы столбы на океанѣ раздѣляютъ Лавію отъ Европы... «Мэотиды», черезъ которыя выходятъ Танаиды.

V. 280. *Hinc et Sidoniae gentes Sidones Asia pulsî secundum Caucasum montem ad flumen Oaxen sedes occupaverunt.*

Отсюда и Сидонскія племена: Сидоны, изгнанные изъ Азіи, заняли мѣста у рѣки Оакса по Кавказскому хребту.

V. 281. *Arimaspe Arius* Traces hi omnes populi.

Аримаспъ, Арій: всѣ эти народы еракійскіе.

V. 283. *Massagetes quo fugit e (quo) hi polentam secum portare dicuntur, qua mixta cum equino sanguine utuntur, ut pugnam non deserant his alimoniis sustentati.*

Массагеты на которомъ скачутъ кони: говорятъ, что они возятъ съ собою ячную муку, которую смѣшиваютъ съ конскою кровью и употребляютъ *въ пищу*, такъ что не поведутъ битвы, поддерживаемые этими продуктами.

Lib. IV.

V. 549... *Iason sparsit dentes serpentis et aravit eodem modo quo Thebis Cadmus. hic videtur Lucanus parem historiam inducere eius fuisse draconis, qui Iasoni vellus aureum arietis custodiebat. novissimus enim in Colchis hic labor fuit Iasonis, ut venenis Medaeae sopito dracone pellem subduceret. eo magis quod hi dentes dicuntur ex Boeotis ad Aetam fuisse translati.*

...*Іасонъ посѣялъ зуби змѣи и захватилъ ихъ такимъ же образомъ, какъ въ Фивахъ Кадмъ.* Здѣсь, повидимому, Луканъ вводитъ, что рассказъ былъ одинаковъ съ *рассказомъ о томъ драконѣ, который у Іасона стерегъ золотое руно барана.* Ибо послѣдній подвигъ Іасона въ Колхидѣ состоялъ въ томъ, что онъ похитилъ руно, когда драконъ былъ усыпленъ зельями Мидіи. Тѣмъ болѣе, что эти зуби, говорить, были перенесены къ Энту изъ Біотіи.

Lib. V.

V. 441. *Orbita migrantis scindit Meotida B(essi)*: ita, inquit, in Bosporo et in Maeotide glaciata ut iter Bessis migrantibus praestet. *Meotida τὴν Μαιώτιδα...*

Колея кочующаго Бесса разсыкает Местиду: поэтъ говоритъ, что на Боспорѣ и Мэотидѣ дѣлается такой ледъ, что образуетъ дорогу для кочующихъ Бессовъ...

Lib. VI.

V. 400. *prima fretum scindens p. l. p.* Argo navem significat a Pagasis oppido Thessaliae, inde primum initium fecisse navigandi, sicut supra [v. 385] 'Minyae gens cognita remis' per Minyarum familiam Argonautas significat. sed mentitur gloriam primae navigationis Thessalis dando [sequuntur exempla].

Первая разсыкаяя море и т. д. *Поэтъ* разумѣетъ корабль Арго, изъ Фессалійскаго города Пагасъ, впервые положившій начало мореплаванію, подобно тому какъ выше въ словахъ «племя Миніевъ, знакомое съ веслами», чрезъ родъ Миніевъ обозначаетъ Аргонавтовъ; но онъ невѣрно усваиваетъ фессалійцамъ славу перваго мореплаванія [слѣдуютъ примѣры].

Lib. VII.

V. 435. *Germanum Sciticum(ue) bonum* id est libertas de qua illi gloriantur...

Германское и Скиское благо, т. е. свобода, которую они ~~славятся...~~
славятся

V. 756. *Arimaspus* Scythiae populus. apud quos *μύρμηκας* sunt quaedam animalia formicis similia quae terram eradunt et reptum aurum egerunt.

Аримасъ—народъ въ Скиіи. У нихъ есть какія-то животныя *μύρμηκας*, похожія на муравьевъ, которыя разрываютъ землю и выносятъ найденное золото.

V. 778. *Pelopeus Orestes* 'Pelopeus' quod a Pelope genus ducit. hic occisa matre cum fureret, accepit responsum ex oraculo Apollinis non se posse sanari, nisi simulacrum Dianae raptum ex Taurica in Graeciam transtulisset. quod Pylade comitante cum sorore transvexit.

Пелоповъ Орестъ: «Пелоповъ» потому, что ведетъ свой родъ отъ Пелопя. Когда онъ по убіеніи матери былъ въ неистовствѣ, то получилъ отъ Аполлонова оракула отвѣтъ, что не можетъ излѣчиться, если не перенесетъ въ Грецію похищенный изъ Таврики кумиръ Діаны. Онъ и перевезъ его съ сестрою въ сопровожденіи Пиллада.

Lib. VIII.

V. 221. *Armeniosque arcus intendite* pro: ornate. Armenii et Getae non sunt meliores a Parthis in arcu.

И натяните Армянскіе луки вмѣсто: украсьте. Арменійцы и Геты не лучше Парсовъ въ стрѣльбѣ изъ лука.

V. 291. *Caspiaq(ue)*. Caspium mare dicit, quod est in ultimo Parthorum...

И Каспійскія: поэтъ разумѣетъ Каспійское море, которое находится у крайнихъ предѣловъ Парсін...

Lib. IX.

V. 960... 'Euxinum' Scythicum. 'euxinum' post dictum est: nam antea 'axenum' dicebatur, hoc est ubi peregrini esse non possent.** 'mari nomen inhospitale quaesiverunt.' hoc autem ideo dicitur, propter iniurias Iasonis vel propter Mediam et pellem auream...

...«Евксинскій» — Сѣвскій. «Евксинскимъ» это море названо впоследствии, ибо раньше называлось ахеним [ἄξιενον = негостепримнымъ], т. е. гдѣ не могли быть чужеземцы. «Морю изыскали негостепримное имя»: это говорится по причинѣ обидъ Иасона или по причинѣ Медіи и золотого руна...

Lib. X.

V. 475... *Non Pontus et impia signa Pharnacis* Caesar devicto Pharnace rege Ponti per Romam ad Africam venit... *Pharnacis* Mithridatis filii. *et impia signa Pharnacis* Caesar debellata Aegypto Syriam pervagatus Pharnacem in Ponto vicit.

...*Не Понтъ и безбожннн знамена Фарнака*: Цезарь, разбивъ Понтійскаго царя Фарнака, черезъ Римъ прибылъ въ Африку... *Фарнака*: сына Мноридата. *И безбожннн знамена Фарнака*: Цезарь, покоривъ Эгипетъ, прошелъ Сирію и побѣдилъ Фарнака въ Понтѣ.

SCHOLIA MONTEPESSULANA.

[Текстъ: Scholia vetera in Lucanum. E codice Montepessulano ed. H. Genthius. Progr. d. Berlin. Gymnasiums zum grauen Kloster. 1868].

Извлеченія и переводъ А. I. Маленна.

Lib. II, v. 50.

Massageten. Massagetae sunt gens Scythiae et dicti Massagetae quasi graues id est fortes.

Массагета. Массагеты — Сѣвское племя и названы Массагетами, какъ будто важные, т. е. храбрые.

Lib. III, v. 202.

Miltifidi Peucen unum caput alluit Histri. Quia multis capitibus fluuius Hister dividitur, unde unum caput per ipsam Peucen insulam currit. dicitur enim tam admasse *Peucen nympham* quam accipimus in insulam esse mutatam.

Одна голова многорукавнато Истра омываетъ Певку. Такъ какъ рѣка Истръ раздѣляется на много рукавовъ, откуда одинъ рукавъ бѣжитъ по самому острову Певкѣ. Говорятъ, что *Истръ* сильно долюбилъ нимфу Певку, про которую мы знаемъ, что она была превращена въ островъ.

Lib. III, v. 282.

Substringens, Arimaspe, comas. Gens in Ponto quae deauratis bratteolis ornamenti *vice* comas ambit.

Аримаспъ, подвязывающій волосы. Племя въ Понтѣ, которое въ видѣ украшенія обвиваетъ волосы золотыми бляшками.

Lib. IV, v. 57.

Vector Helles. Helle enim *ariete* deuehebatur. unde in mare *delapsa* Hellespontiacum dicitur fretum. *uecta* est autem cum Phrixo fratre.

Возница Геллы. Ибо Гелла была везена бараномъ. Такъ какъ съ него она упала въ море, то проливъ называется Геллеспонтскимъ. Бѣжала же она съ братомъ Фриксомъ.

SCHOLIA VARIA.

[Текстъ: Marci Annaei Lucani Pharsalia cum notis selectis Hug. Grotii, integris et adactis Rich. Bentleii etc. quibus adnotationem suam addidit Carol. Fred. Weber. Vol. III continens scholiastas. Lipsiae. 1831. Подробности объ этихъ схолияхъ см. въ изданіи Вебера, стр. I слл.]

Извлеченія и переводъ А. И. Маленна.

LIBER I.

КНИГА I.

19. *Araxes* amnis Armeniae, qui ab uno monte cum Euphrate diversa specie oritur. Fluvius pro incolis positus *μετωνυμικῶς*. BC. Voss. I.

Араксъ — рѣка Арменіи, которая вытекаетъ съ одной горы съ Евфратомъ въ различномъ направленіи. Рѣка поставлена вмѣсто жителей метонимически.

328. *Hircano* in Hircana silva. Hircana regio est, vocata a silva eiusdem nominis; est autem regio aspera silvis et copiosa immanibus feris; de qua Virgilius [Aen. IV, 367]: Hircanaeque admorunt ubera tigres. BC.

Въ Иркани — въ Ирканискомъ лѣсу. Иркани — страна, названная по лѣсу того же имени; а страна *эта* непроходима *всѣмъ* лѣсовъ и обильна огромными звѣрами; о ней Virgilius [Эп. IV, 367]: «Ирканискія тигрицы подставили сосѣди».

336 *regis* i. (e.) Mithridatis qui veritus deprimi bello, hausit venenum, quod habebat secum in annulo. LC.

Царя, т. е. Митридата, который, опасаясь быть подавленнымъ войной, принялъ ядъ, который носилъ съ собой въ кольцо.

337. Quod autem dicit *vix consummata ueneno* hoc est, quia solitus erat a pueritia contra venena antidotum accipere; nunc autem obsessus a filio suo Pharnace, diffi-

А что *поэтъ* говорить *едва оконченныя ядомъ*, это потому, что *Митридатъ* съ дѣтства привыкъ противъ ядовъ принимать противоядіе; а теперь осажден-

dens suae salutis, maius venenum accepit barbaricum, quo mori posset citius, priusquam in manus filii traderetur. *Lb.*

ный сыномъ своимъ Фарнакомъ и не до- вѣряя своему спасенію, принялъ болѣе сильный варварскій ядъ, отъ котораго могъ бы умереть скорѣе, чѣмъ будетъ переданъ въ руки сына.

430. *Sarmata est populus quem imitantur Guarmacienses in longis braccis. B.*

Сарматы — народъ, которому подражали Гвармаціанцы въ ношеніи длинныхъ штановъ.

444. *Scythicae Dianae, quae solo humano sanguine placabatur in Taurica, provincia regis Thoantis, cuius sacerdos fuit filia Agamemnonis. B.*

Скивской Діаны, которая умилости- влялась только человѣческой кровью въ Тавриѣ, провинціи царя Тхоанта, жрицей котораго была дочь Агамемнона.

446. *Cuius ara non mitior ara Scythicae Dianae dicitur, quia ad similitudinem Dianae, quae in Taurica, Scythiae regione, colebatur, cui sacerdos Iphigenia erat, humano cruore laetabatur. Voss.*

Его алтарь называется не болѣе протчимъ, чѣмъ алтарь *Скивской Діаны*, такъ какъ на подобіе Діаны, которая почиталась въ Тавриѣ, странѣ Скивѣи, и у которой была жрица Ифигенія, Таранъ радовался человѣческой крови.

LIBER II.

КНИГА II.

50. *Ister vocatur Danubius, qui currit per Baviariam. Massagetes sunt populi in Scythia, per hoc quod dicit Scythicus notat extremos habitatores Danubii. B. — Massagetes gens Thraciae. Massagetae ex Scytharum origine sunt; et dicti Massagetae quasi graves Getae, i. e. fortes¹⁾. Bc. — Hister autem fluvius Scythiae qui per Thraciam vadit Bc. Voss. — fluvius Danubius est, qui multarum gentium est arbiter, ut dicit Pomponius Mela [II, 1]. Vc.*

Истромъ называется Данувій, который бѣжитъ черезъ Баварію. Массагеты — народы въ Скивѣи; тѣмъ, что онъ говоритъ *Скивскій*, онъ отмѣчаетъ крайнихъ обитателей Данувія. — *Массагета* — племя Тракій. Массагеты — родомъ изъ Скивовъ и Массагетами названы какъ бы важныя Геты, т. е. храбрыя. — А *Истръ* — рѣка Скивѣи, которая течетъ черезъ Тракію. — Рѣка Данувій, которая является посредникомъ между многими племенами, какъ говоритъ Помпоній Мела.

418. *Et non est minor Danubio, nisi in hoc quod Danubius per plures terras meat, antequam ad mare veniat. Nam in hoc conveniunt, quod quisque illorum reci-*

И *Эриданъ* не меньше Данувія, кромѣ того, что Данувій течетъ черезъ многія страны, прежде чѣмъ достигаетъ моря. Ибо въ томъ они сходятся, что каждый

1) «Similia habet Papias et Ioann. de Ianna, eadem Isidor. Orig. IX. 2». *Weber.*

pit in se multas aquas, quae possent ducere nomen suum usque ad mare. *B.*

изъ нихъ принимаетъ въ себя многія воды, которыя могли бы вести свое имя вплоть до моря.

419. *Ister*. Dicit Istrum, ut maior videatur Eridano, aliorum amnium fluentia suscipere; minor ergo esset, si solus exiret. *Bc. Voss.*

Говорятъ про Истръ, что онъ принимаетъ теченіе другихъ рѣкъ, чтобы показаться больше Еридана; итакъ онъ былъ бы меньше, если бы назывался одинъ.

420. *Accipit* XL al. XL flumina cadunt in Istrum, XXX in Padum. *Vc.*

Принимаетъ 40 другихъ: 40 рѣкъ впадаютъ въ Истръ, 30 въ Падъ.

585. Phasis est fluvius in Septemtrione; et quod ibi sit, notat per hoc quod dicit *Arctos habet*. *B.* — *Phasidos*. Genitivus Graecus; fluvius Colchidis positus sub Septemtrione. *Bc. Guelf.*

Фасидъ — рѣка на сѣверѣ, а что она тамъ, отмѣчаетъ тѣмъ, что говоритъ «Медвѣдьяца имѣетъ». — *Phasidos* родительный греческій; рѣка Колхиды, расположенная на Сѣверѣ.

591. *Heniochi* civitas in Ponto, in parte Asiae. *Bc. Lb. Voss.* — *crepto* hinc enim Iason auream Phryxei arietis pellem rapuit. *Bc. Voss.* — Colchos et Cappadocia sunt inter Orientem et Septemtrionem; tamen magis sunt versus Orientem. *B.*

Иніохи — государство въ Понтѣ, въ сторонѣ Азіи. — *Похищеніемъ*, ибо отсюда Іасонъ похитилъ золотое руно Фриксава барава. — Колхъ и Каппадокія находятся между Востокомъ и Сѣверомъ, однако больше въ направленіи къ Востоку.

640. Armenia et Rhipaei sunt montes in Orientali plaga. *B.* — *Rhipaeas* ubi sunt aurei montes. *Lb.* — in Rhipaeis montibus habitantes. Rhipaei montes in capite Germaniae sunt, a perpetuo ventorum flatu nominati; nam *ῥιπή* Graece impetus dicitur¹⁾. *Bc.*

Арменія и Рипэйи суть горы въ восточной сторонѣ. — Рипэйскіе, гдѣ золотыя горы. — Живущіе на Рипэйскихъ горахъ. Рипэйскія горы суть во главѣ Германіи, названныя отъ постоянного дуновенія вѣтровъ, ибо *ῥιπή* по-гречески значить врывъ.

715. Ita est Pompeiana *classis* exproliata summis i. (e.) extremis carinis, ut Argo est spoliata extrema parte sui, cum Iason iret pro aureo vellere. *B.*

Помпеевъ флотъ такъ лишенъ края иля, какъ Арго лишенъ крайней своей части, когда Іасонъ отправлялся за золотымъ руномъ.

Phasis nomen est fluvii Colchorum, qua Iason et Hercules Colchos advecti sunt. *Voss.*

Фасидъ — названіе рѣки Колховъ, по которой Іасонъ и Гераклъ пріѣхали къ Колхамъ.

1) «Idem scholion habent Papias et Isidor. Orig. XVIII, 8, ubi tamen est *ῥιφή*». *Weber.*

LIBER III.

КНИГА III.

86. Quid vocet *sublime nemus* etc. ostendit, scilicet ubi regnavit Scythica Diana. Tangit illam fabulam, quod soror Orestis de Taurica provincia regis Thoantis effugit cum simulacro Dianae, nolens interficere fratrem. *Bc. Lb. Voss.*

Поэтъ указываетъ, что онъ называетъ *высокой рощей*, т. е. гдѣ царствовала Скисская Діана. Касается того мѣста, что сестра Ореста убѣжала изъ Таврской области царя Теоанта съ кумиромъ Діаны, не желая убивать брата.

94. Sarmata et Pannonia sunt provinciae inter Orientem et Septentrionem. *B.*

Сарматія и Паннонія — провинціи между Востокомъ и Сѣверомъ.

95. Getes et Daci sunt populi inter Orientem et Meridiem. *B.*

Геты и Даки — народы между Востокомъ и Югомъ.

200. *Cone* est civitas, quam ideo vocat barbaram, quia, sicut spatio est remota a nobis, ita et ritu. *B.* — *Cone* est civitas vel regio in ultimis partibus Europae et apud Sarmatas. *Bc. Lb. Voss.*

Кона — государство, которое онъ потому называетъ варварскимъ, что она какъ разстояніемъ далека отъ насъ, такъ и обычаемъ. — Кона есть государство или страна въ отдаленныхъ частяхъ Европы и у Сарматовъ.

201. Sarmatae sunt populi; et inde venit quidam fluvius, et absorbetur iuxta Conen; et ideo dicit *ubi perdit aquas*. *B.* — *perdit*, quod aquae, quae veniunt a Sarmatica regione, ibi absorbentur a terra. *Vc.*

Сарматы — народъ, и оттуда вытекаетъ нѣкая рѣка и поглощается возлѣ Коны, и потому говорятъ *идя теряетъ воды*. — *Теряетъ*, такъ какъ воды, которыя вытекаютъ изъ Сарматской страны, тамъ поглощаются землею.

202. *Peuce* est civitas posita supra mare, et hoc notat, ubi dicit *sparsamque profundo* i. (e.) mari. *B.* — oppidum Europae in fine Ponti, quod alluit unum caput ex VII capitibus Istri. *Bc. Lb. Voss.*

Песку — государство, расположенное надъ моремъ, и это *поэтъ* отмѣчаетъ, гдѣ говорятъ *образимую глубокимъ*, т. е. моремъ. — Городъ Европы на концѣ Понта, омываемый однимъ устьемъ изъ 7 устьевъ Истра.

267. Nunc dicit de septentrionali plaga, ubi dicit *Scythiae populi*. *Bactros* fluvius est, et *Hyrkania* regio in eadem provincia. *B.* *Errantes* sedes non habent proprias et certas, sed semper errant. *Bc. Voss.* — *Bactros* Scythiae fluvius frigidissimus per Bactra, Parthorum civitatem, transit. *Bc. Voss.*

Теперь онъ говоритъ о сѣверной странѣ, гдѣ говорятъ *народы Скииин*. *Бактры* — рѣка, и Иранія — страна въ той же провинціи. — *Кочующіе* не имѣютъ собственныхъ и опредѣленныхъ жилищъ, но всегда кочуютъ. — Бактры, весьма холодная рѣка Скииин, протекаетъ черезъ Бактры, государство Паряинъ.

268. *Hyrkania regio silvestris in Scythia. Bc. Voss.*

Ирканія — лѣсная страна въ Скиіи.

270. *Lacedaemonia est in Graecia; cuius habitatores inde venerunt et aedificaverunt civitatem, unde Heniochi dicti. B. — Heniochi gens Asiae superioris in ora Ponti; qui ideo Heniochi dicti sunt, quia ad regendos equos sunt doctissimi. Bc. Voss. — Heniochus Graece, auriga Latine. Voss. — Sarmata Moschis. Hae vicinae sunt regiones in Europae partibus prope Germanos. Bc. Voss. — Et Sarmata venit affinis etc. Sarmatae et Moschi habuerunt diutinum bellum, et tandem fame coacti miscuerunt sanguinem equorum cum lacte, ut possent bibere. B. Lc.*

271. *Et illi etiam veniunt, qui sunt in ea parte, qua Phasis Colchorum etc. Et nota, quamvis dixisset superius et Colchis venit, tamen non est superfluum istud dicere; nam diversa loca illius notat. Phasis est fluvius. B. — ditissima sive propter felicitatem accipimus, sive propter pellem arietis inauratam, quae apud Colchos inventa, a Phrixo in templo Martis est consecrata. Bc. Voss. — Secat autem Phasis, radit et transit. Phasis est fluvius Indorum. Bc.*

273. *Rhiphaei sunt montes Scythiae, unde decurrit Tanais fluvius. Diversum mundum vocat Europam et Asiam; et in una ripa vocatur Europa et in alia Asia; et ideo nomina dicit. B. — Tanais fluvius Scythiae, qui Asiam et Europam determinat; una enim ripa Asia est, altera Europa. Bc.*

277. *Et illi etiam veniunt, qui sunt in ea parte, qua Pontus scilicet torrens fretum egerit etc. Inter Orientem et meridianam plagam est aequor ferventissimum; et effunditur mare, et facit paludem, quae vocatur Maeotis. B.*

Лакедемонія находится въ Греціи; ея обитатели пришли оттуда и основали государство, откуда названы *Иніохами*. — Иніохи — племя верхней Азіи на берегу Понта, которые потому названы Иніохами, что весьма искусны въ управленіи лошадыми. — Иніохъ по-гречески, кучеръ полатыни. — *Сарматы Мосхамъ*. Это сосѣднія между собою страны въ частяхъ Европы вблизи Германцевъ. — И явился *Сарматы* сосѣдній и т. д. Сарматы и Мосхи вели продолжительную войну и наконецъ, вынужденные голодомъ, смѣшали кровь лошадей съ молокомъ, чтобы пить возможность пить.

И тѣ также приходятъ, которые живутъ въ той сторонѣ, гдѣ *Фасидъ Колховъ* и т. д. И замѣтъ, хотя онъ сказалъ выше (90) «и *Колхидянка* пришла», однако не лишнее сказать это, ибо *поэтъ* отмѣчаетъ различныя мѣстности его. Фасидъ — рѣка. — *Богатѣйшійя* принимаемъ или вслѣдствіе благоденствія или вслѣдствіе золотого руна барана, которое, обрѣтенное у Колховъ, было посвящено Фриксомъ въ храмъ Марса. — *Разсѣкаетъ* же Фасидъ, т. е. задѣваетъ и проходитъ мимо. *Фасидъ* — рѣка Индовъ.

Рифѣи — горы Скиіи, откуда стекаетъ рѣка *Танаидъ*. Разнымъ міромъ называетъ Европу и Азію; и на одномъ берегу называется Европой, а на другомъ Азіей, и потому говоритъ *имена*. — *Танаидъ* — рѣка Скиіи, которая разграничиваетъ Азію и Европу, ибо одинъ берегъ — Азія, другой — Европа.

И тѣ также приходятъ, которые въ той сторонѣ, *идъ Понтъ*, т. е. *шумный проливъ выводитъ* и т. д. Между Востокомъ и южной стороной есть весьма шумная водная равнина, и изливается море, и образуетъ болото, которое называется Мэотидой.

281. Arimaspaе sunt gentes in Ponto. *B.*—*Arimaspe* gens in Ponto, quae deauratis baltheis, ornamenti vice, comas ambit. *Bc. Voss.*

Аримаспы—племена въ Понтѣ.—*Аримаспа*—племя въ Понтѣ, которое подвязываетъ волосы золотыми повязками въ качествѣ украшенія.

283. *Massagetes* est populus; et habuerunt guerram cum Sarmatis. Et coactione illius belli solvit *ieiunia equo, quo fugit prius*; q. d. *equo, quo prius versi sunt ad fugam, utebantur nunc in cibo*. Et *volucres Geloni* tinxerunt sagittas; populi sunt. *B.*—*Massagetes* qui polentam secum portare dicuntur, qua mixta cum equino sanguine utuntur, ut his alimentis sustentati ad pugnam accendantur. *Lc.*—*Massagetes* et *Gelonus* gentes sunt in ultima Germania. *Ieiunia* etc., ut Virgilius: *Acerque Gelonus, cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum, et lac concretum cum sanguine potat equino*. *Bc. Voss.*

Массагетъ—народъ, и они имѣли войну съ Сарматами. И *всмѣдствіе* принужденія этой войны облегчаетъ *постъ при помощи того самого коня, на которомъ скакалъ раньше*; т. е. тѣмъ конемъ, на которомъ раньше обратились въ бѣгство, они теперь пользовались для пищи.—*Массагетъ*, которые, какъ говорятъ, носятъ съ собою ячную муку, которую употребляютъ *въ пищу*, смѣшавъ съ человѣческой кровью, чтобы, подкрѣпившись этой пищей, воспламениться къ битвѣ.—*Массагетъ* и *Гелонъ*—племена въ отдаленной Германіи. *Постъ* и т. д., какъ Virgilій [Георг. III, 461]: И храбрый Гелонъ, когда бѣжитъ на Родопу и въ пустыни Гетовъ и пьетъ молоко, смѣшанное съ конской кровью.

LIBER IV.

КНИГА IV.

552. Sic concurrerunt isti, sicut *terriginae creati in campis Phasidos de insomni dente*. i. <e.> de dentibus quos custodivit insopitus draco. *B. Lc.*—*Insomni*. De pervigili dracone apud Colchos dicit. *Bc.*—pervigili. Serpens pervigil, qui vellus aureum apud Colchos servabat, contra Iasonem, qui illud rapere volebat, bellum gessit, sed Iason Medeae magae adiutorio illum vicit, atque dentes illius in terrae sulcis iuxta Phasidem seminavit. Ex quibus multitudo militum armatorum terra emergens, contra Iasonem primitus impetum fecit; sed Medeae incantationibus Iasone erepto, illi mutuo se occiderunt. *Voss. 1.*—*dente*. Hos dentes Iason sevisse perhibetur in Phaside, ultra quem Colchi sunt. *Bc.*

Они такъ сошлись, какъ *земнородные, происшедшіе на поляхъ Фасида* изъ неусыпнаго зуба, т. е. изъ зубовъ, которые сторожилъ неусыпный драконъ.—*Неусыпнаго*. Говорить о бдительномъ драконѣ у Колховъ.—Бдительномъ. Бдительная змѣя, которая хранила золотое руно у Колховъ, вела войну противъ Іасона, который хотѣлъ его похитить, но Іасонъ при помощи волшебницы Медуи ее побѣдилъ и послѣлъ ея зубы въ бороздахъ земли вблизи Фасида. Изъ нихъ множество вооруженныхъ вонновъ, выходя изъ земли, прежде всего сдѣлало нападеніе на Іасона; но, когда Іасонъ былъ отнять у нихъ чарамъ Медуи, они взаимно себя перебили.—*Зуба*. Эти зубы, рассказываютъ, Іасонъ послѣлъ въ Фасидъ, за которымъ Колхи.

553. Et *ira est missa inter eos magicis cantibus Medeae*. Tangit hoc breviter de Medea et Iasone, quod fuit missus pro aureo vellere ad Aetam regem, et debuit tria facere, insopitum draconem interficere,

И *гнѣвъ* былъ *внушенъ* между ними *волшебными чарами* Медуи. *Постъ* кратко касается того относительно Медуи и Іасона, что *постыднѣй* былъ посланъ за золотымъ руномъ къ царю Энту и долженъ

tauros, flantes ignem de naribus, domare¹⁾,
quod totum fecit auxilio Medeae. *B. La.*

былъ исполнить три *дѣла*: убить неуспѣ-
наго дракона, укротить быковъ, дышащихъ
огнемъ изъ ноздрей... Все это *онъ* сдѣлалъ
при помощи Меду.

LIBER V.

437. *Ister* est fluvius, qui decurrit per
illud mare. Scythia est patria, per quam
decurrit Bosforum mare. *B. La.*

438. *Immensumque gelu* non quod
Hister mare sit, sed mari magnitudine
comparat. *Lp. Voss.*

КНИГА V.

Истръ—рѣка, которая стекаетъ чрезъ
то море. Скиеія— страна, чрезъ которую
стекаетъ море Босфоръ.

И безбрежное льдомъ не потому, чтобы
Истръ былъ моремъ, но *поэтъ* сравниваетъ
его съ моремъ по величинѣ.

440. *Sonantem*, unda enim glacie
stricta subtersonat, cum currit supra orbita
Bessi. *Bc.*

441. *migrantis* e regione scilicet ad
regionem aliam; nam Bessi in Scythia sunt.
Voss.—*Maeotida*. Accusativus casus τὴν
Μαιώτιδα; palus est. *Voss.*—Bessum est ge-
nus curriculi. Maeotis est palus, quae exit
de Bosforo mari. *B. La.*—Bessi barbari fue-
runt, qui a multitudine boum sic vocati
creduntur; hi namque iuxta Maeotides pa-
ludes habitant. *Bc.*

Звучащую, ибо скованная льдомъ
волна шумитъ внизу, когда поверхъ бѣ-
житъ *повозка* Бесса.

Кочующаю, т. е. изъ страны въ другую
страну, ибо Бессы живутъ въ Скиеіи.—
Maeotida—винительный падежъ, *по-гре-
чески* τὴν Μαιώτιδα; *это*—болото.—
Бессъ—родъ повозки. Мэотиды—болото,
которое выходитъ изъ моря Босфора.—
Бессы были варвары, которые, *какъ* по-
лагаютъ, названы такъ отъ множества бы-
ковъ; ибо они живутъ возлѣ Мэотидскихъ
болотъ.

LIBER VI.

441. *Colchis*. Medeam dicit, quae Iaso-
nem secuta Colchos reliquit. *Bc. Voss.*

КНИГА VI.

Колхидянка. Разумѣеть Меду, кото-
рая, послѣдовавъ за Иасономъ, покинула
Колховъ.

479. *Nives* dissolutas dicit esse per
brumam, et hoc in Scythia, ubi nec aestate
resolvuntur. *Voss.*

Поэтъ говорить, что *снѣга* растаяли
зимой, и притомъ въ Скиеіи, гдѣ они не
таютъ даже и лѣтомъ.

LIBER VII.

429. *Dacos* nomen gentis Scythiae. *Bc.*

КНИГА VII.

Дакось—название племени въ Скиеіи.

1) «Nonnulla de tertio Iasonis facto desunt». *Weber.*

430. *Et effectum, ut consul non premat Sarmaticum aratrum. Sarmatici sunt versus Boemiam, quibus consul Romanus dedit certum et determinatum finem, quousque inhabitarent. La.*

И слѣдствіемъ этого было то, что консулъ не нажимаетъ Сарматскаго плуга. Сарматы живуть въ направленіи къ Богеміи; имъ Римскій консулъ далъ рѣшительный и опредѣленный предѣлъ, вплоть до котораго они могли бы жить.

755. *Tagus et Arimaspus sunt fluvii, in quibus abundat aurum. La.*

Тагъ и Аримаспъ—рѣки, въ которыхъ въ изобиліи находится золото.

756. *Arimaspus. Hi barbari sunt, qui crustas auri colligunt, et singulos oculos habere dicuntur. Bc. Voss.*

Аримаспъ. Это—варвары, которые собирають крупныя золота и, какъ говорятъ, имѣють по одному глазу.

777. *ara scil. ab Diana. Orestes furens in Taurica regione a sorore Iphigenia, Dianae Scythiae sacerdote, sanatus asseritur. Nam in Aulide Iphigenia sublata est, cum in locum eius esset cervae supposita. Voss. II¹).*

Алтарь, т. е. Діаной. Утверждаютъ, что безумный Орестъ былъ исцѣленъ въ Таврической странѣ сестрою Ифигеніей, жрицей Скенской Діаны. Ибо въ Авлидѣ Ифигенія была унесена, тогда какъ на ея мѣсто подставлена лавъ.

778. *In Scythica ara dicit, quia inde venerat simulacrum Dianae in Tauricam provinciam. Cuius simulacri fuit sacerdotissa soror Orestis. La.*

Передъ Скивскимъ алтаремъ говоритъ поэтъ, такъ какъ оттуда прибылъ въ Таврическую область кумиръ Діаны. Жрицей этого кумира была сестра Ореста.

LIBER VIII.

КНИГА VIII.

216. *Scythia est inter Orientem et Septemtrionem. Per hoc quod dicit recessus notat remotiores partes. La. Bp.*

Скивія находится между Востокомъ и Сѣверомъ. Словомъ recessus поэтъ отмѣчаетъ болѣе отдаленныя части.

221. *Armenii et Getae sunt populi sub Parthis; et hoc notat, ubi dicit Armeniosque arcus etc. La. — Getae sunt populus, qui de nervis humanis facit arcum. Lc.*

Арменійцы и Геты—народы подл Парянами; и это онъ отмѣчаетъ, гдѣ говоритъ и Армійскіе луки и т. д.— Геты—народъ, который дѣлаеть тетивы изъ человѣчьихъ жилъ.

223. *...Alani sunt populi, qui diu restiterunt Romanis; et ideo dicit aeterni Martis. La. — gens ultra Danuvium ab Alano fluvio nominata. Bc. — gens in Ponto, quae perpetuis proeliis inquieta est. Guelf. Voss.*

...Аланы—народы, которые долго противились Римлянамъ, и потому поэтъ говоритъ вѣчно воинственныхъ.— Племя за Дунаемъ, названное отъ рѣки Алана.— Племя въ Понтѣ, которое безпокойно вѣчными боями.

1) Idem fusiis narratur in scholiis Bc. Lp. ad v. 778.

291. *Caspiaque*. Montes sunt, qui orbem nostrum claudunt ad Oceanum, ubi est Caspium mare, quos *Caspia claustra* dicit. *Vc. Voss.*

И Каспійскія. Это — горы, которыя замыкаютъ нашу землю у океана, гдѣ находится Каспійское море, и которыя онъ называетъ *Каспійскими запорами.*

LIBER X.

КНИГА X.

464. *Colchis*. Medeam dicit, quae ut etiam patrem evaderet, fratris Absyrti viscera dissipavit, quae senex colligens filiam persequi non valeret. *Vc. 1).*

Колхидянка. Разумѣетъ Медью, которая, чтобы убѣжать п отъ отца, разбросала внутренности брата Абсирта такъ, чтобы старикъ, собирая ихъ, не могъ преслѣдовать дочь.

PETRONIVS ARBITER.

ПЕТРОНИЙ АРБИТРЪ.

[Дошедшій до насъ съ именемъ Петронія сатирическій романъ (Petronii Satirae) несомнѣнно принадлежитъ нероновскому времени. Авторъ его обыкновенно отождествляется съ извѣстнымъ изъ Тацита (Ann. XVI, 18) придворнымъ Нерона Т. Петроніемъ, «судьею изящнаго вкуса» (elegantiae arbiter), лишившимъ себя жизни въ 66 г. послѣ извѣта Тигеллина. См. Schanz, Gesch. d. Röm. Litt. II, 2², p. 101—111. — Текстъ: Petronii Arbitri satirarum reliquiae ex rec. Fr. Buecheleri. Berol. 1895].

SATIRARVM

ВЫДЕРЖКИ

EXCERPTA EX LIBRIS XV ET XVI.

ИЗЪ XV И XVI КНИГЪ САТИРЪ.

§ 93. aves Phasiacis petita Colchis²⁾
et pictis avis renovata pennis³⁾
atque Aerae volucres placent palato
quod non sunt faciles...

Птица, добываемая у фасійскихъ Колховъ и... птица съ разрисованными перьями, а также птицы Африканскія нравятся *изтъженному* вкусу, потому что ихъ не легко *добывать*...

§ 119, v. 36—38. ...iam Phasidos unda orbata est avibus²⁾, mutoque in litore tantum solae desertis adspirant frondibus aerae.

...Волны Фасида уже лишены птицъ, и на нѣмомъ берегу одни только вѣтры дуютъ въ пустынной листвѣ...

1) Eadem de Medea fabula narratur in *Guelf.* — In *Voss.* citatur locus Ciceronis ex orat. pro lege *Manilia* (9), v. supra p. 4.

2) Scil. phasianus.

3) Scil. pavo; *renovata* corruptum est.

§ 123, v. 205 commemoratur in comparatione «Caucasea decurrens arduus arce Amphitryoniades» — суровый Амфитриониадъ [Геркулесъ], сбѣгающій съ вершины Кавказа.—Ibid., vv. 241—242 commemorantur Pontus et Bosporus.

Fragm. XXXVII commemorantur «ultimus Ister» et «Boreas gelidus».

L. IVNIVS MODERATVS
COLVMELLA.

Л. ЮНИЙ МОДЕРАТЪ
КОЛУМЕЛЛА.

[Авторъ трактата De re rustica, написаннаго около 65 г. по Р. Хр. Трактатъ этотъ сохранился въ двухъ редакціяхъ: первоначальной неполной (всего одна книга: de arboribus) и позднѣйшей, вполнѣ законченной, въ 12 книгахъ.—Текстъ: Scriptorum Rei Rusticae veterum Latinorum tomus secundus, L. Iunium Moderatum Columellam tenens. Ed. Io. Gottlob Schneider. Lipsiae MDCCXCIII].

Извлеченія и переводъ А. И. Маленна.

DE RE RVSTICA.

О СЕЛЬСКОМЪ ХОЗЯЙСТВѢ.

L. VII, c. 2, §§ 1—2. ...Casei lactisque abundantia non solum agrestes saturat, sed etiam elegantium mensas iucundis et numerosis dapibus exornat. Quibusdam vero nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadam Getarumque¹⁾ plurimi γαλακτοπότα: dicuntur.

...Изобиліе *у овецъ* сыра и молока не только насыщаетъ поселенъ, но и украшаетъ столы *людей* утонченныхъ пріятными и многочисленными яствами. А нѣкоторымъ племенамъ, лишеннымъ хлѣба, *молоко* составляетъ *предметъ* пропитанія, отъ чего весьма многіе *изъ* Номадовъ и Гетовъ называются «пьющіе молоко».

L. VIII, c. 2, § 10. Quamquam vel hos magis tolerabiles putem, qui oblectamenta deliciarum possidendi habendique causa gravi aere et argento pensent, quam illos qui Ponticum Phasim et Scythica²⁾ stagna Maeotidis eluant.

Впрочемъ, я считалъ бы даже болѣе терпимыми тѣхъ, кто взвѣшиваетъ свои наслажденія и утѣхи, ради обладанія и владѣнія ими, огромнымъ количествомъ мѣди и серебра, чѣмъ тѣхъ, кто *ради своей обжорства* добываетъ *птиць* изъ Понтійскаго Фасида и *рыбъ* изъ стоячихъ водъ Скиской Мэотиды.

1) Cetarumque — A(mbrosianus).

2) Sciatiae — S(angermanensis).

C. PLINIVS SECVNDVS.

Г. ПЛИНІЙ СЕКУНДЪ.

[Род. въ Novumcomum въ 23 или 24 г. по Р. Хр., погибъ при изверженіи Везувія въ 79 г. Изъ его сочиненій сохранилась «Naturalis historia» въ 37 книгахъ, представляющая собою богатую энциклопедію естествовѣдѣнія и являющаяся плодомъ необыкновенно обширной и разнообразной начитанности и упорнаго труда. Матеріалъ распределенъ въ трудѣ слѣдующимъ образомъ: 1 книга содержитъ обзоръ содержанія и источниковъ; 2 — математическо-физическое описаніе вселенной; въ кн. 3—6 излагается географія и этнографія, въ 7—антропология, въ 8—11 зоологія, въ 12—27 ботаника, въ 28—32 врачевныя средства изъ животнаго царства, въ 33—37 минералогія, металлургія и литеургія. Сочиненіе было почти закончено въ 77 г., но и въ послѣдніе два года своей жизни авторъ вносилъ въ него поправки и дополненія, и послѣ его смерти сочиненіе было издано въ свѣтъ его племянникомъ Плиніемъ младшимъ. — Текстъ: C. Plinii Secundi Naturalis Historia. D. Diefenbach recensuit. Berolini 1866—82].

Извлеченія и переводы изъ книгъ IV и VI сдѣланы И. П. Цвѣтковымъ, изъ остальныхъ — издателемъ.

NATVRALES HISTORIA.

ЕСТЕСТВЕННАЯ ИСТОРИЯ.

LIBER II.

КНИГА 2.

§ 135. Hieme et aestate rara fulmina contrariis de causis, quoniam hieme densatus aer nubium crassiore corio spissatur, omnisque terrarum exhalatio rigens ac gelida quicquid accipit ignei vaporis extinguit. quae ratio immunem Scythiam et circa rigentia a fulminum casu praestat...

Зимомъ и лѣтомъ молвіи рѣдки и притомъ по причинамъ прямо противоположнымъ: именно, зимою и безъ того густой воздухъ еще болѣе сгущается болѣе толстымъ слоемъ облаковъ, и всѣ земныя испаренія, холодныя и ледяныя, уничтожаютъ всѣ получаемыя ими огненные элементы. По этой причинѣ Скѣнія и окружающія ее покрытыя льдомъ страны свободны отъ ударовъ молній...

§ 173... Caspius [sinus] CCCLXXV milibus [passuum distat] a Pontico...

...Каспійскій [заливъ отстоитъ] отъ Понтійскаго на 375 тысячъ [шаговъ]...

§ 206. Pyrram et Antissam circa Maetum Pontus abstulit...¹⁾.

Понтъ поглотилъ города Пирру и Антиссу, лежашіе около Маотиды...

§ 224. Altissimum mare XV stadiorum Fabianus tradit. alii in Ponto ex adversa Coraxorum gentis (vocant βαθέα Ponti) trecentis fere a continenti stadiis immensam altitudinem maris tradunt, vadis numquam repertis.

Наибольшая глубина моря, по словамъ Фабіана, достигаетъ 15 стадій. Другіе говорятъ, что въ Понтѣ противъ земли племени Кораксовъ на разстояніи около 300 стадій отъ материка море имѣетъ неизмѣримую глубину и что тамъ никогда еще не доставали до дна (эти мѣста называютъ «пучинами» Понта).

1) Repetiit haec schol. Cicer. pro Flacco, 12 (ed. Orellii et Baetleri v. V, p. 2, pag. 232).

§ 231... in Liberoso Taurorum colle tres fontes sine remedio, sine dolore mortiferi.

...На холмѣ Либерозѣ въ землѣ Тавровъ *есть* три источника, причиняющіе неотвратимую, но безболѣзненную смерть.

§ 245 [Ab ore Ponti ad] Carambin promuntarium CCCL, os Maeotis CCCXII D, ostium Tanais CCLXVI, qui cursus conpendiis maris brevior fieri potest. (246). XXI | X ab ostio Tanais Nili Canopicum diligentissimi auctores fecere. Artemidorus ulteriora inconperta existimavit, cum circa Tanain Sarmatarum gentes degere fateretur ad septentriones versus. Isidorus adiecit XII | L usque ad Thylen, quae coniectura divinationis est. Ego non minore quam proxime dicto spatio Sarmatarum fines nosci intellego.

[Отъ устья Понта до] мыса Карамбіа 350000 ш., до устья Мэотиды — 312500, до устья Танаида — 266000, каковой путь по прямому направленію въ морѣ можетъ сократиться. Отъ устья Танаида на разстояніи 2110000 ш. самые тщательные изслѣдователи помѣщаютъ Канопское *устье* Нила. Артемидоръ призналъ дальнѣйшія *страны* неизвѣданными, сообщая *только*, что вокругъ Танаида по направленію къ сѣверу живутъ Сарматскія племена. Исидоръ прибавилъ, что *оттуда* до Оулы 1250000 ш., по это только догадка по соображенію. Я полагаю, что предѣлы Сарматовъ извѣстны на разстояніи не меньшемъ вышесказаннаго.

LIBER III.

КНИГА 3.

§ 3. Terrarum orbis universus in tres dividitur partes, Europam, Asiam, Africam. Origo ab occasu solis et Gaditano freto, qua inrumpens oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextera Africa est, laeva Europa, inter has Asia. termini amnes Tanais et Nilus.

Весь земной кругъ раздѣляется на 3 части: Европу, Азію и Африку. Начало *считается* съ запада и отъ Гадитанскаго пролива, чрезъ который Атлантическій океанъ входитъ и разливается по внутреннимъ морямъ. При вѣздѣ изъ него [въ Средиземное море] направо *будетъ* Африка, налево Европа, между ними Азія. Границами [частей свѣта] служатъ рѣки Танаидъ и Нилъ.

§ 129. ...Oppida Histriae... colonia Pola quae nunc Pietas Iulia, quondam a Colchis condita. abest a Tergeste CV....

...Города въ Истрии: ...колонія Пола, нынѣ Pietas Iulia, нѣкогда основанная Колхами; она отстоитъ отъ Тергеста на 105000 шаговъ....

§ 144... [In Dalmatia] ab Epidauris sunt oppida civium Romanorum.... Olcinium quod antea Colchinium dictum est a Colchis conditum...

...[Въ Далматіи] *начиная* отъ Епидавра лежатъ города Римскихъ гражданъ... Олкиній, который раньше назывался Колхиціемъ, основанъ Колхами...

§ 145... in ora [Illyriae] oppidum Ori-
cum a Colchis conditum...

...На берегу [Иллирія] *стоитъ* городъ
Орикъ, основанный Колхами...

§ 149. Pannoniae iungitur provincia
quae Moesia appellatur, ad Pontum usque
cum Danuvio decurrens... in ea Dardani,
Celegeri, Triballi, Timachi, Moesi, Thraces
Pontoque contermini Scythae....

Къ Панноніи примыкаетъ провинція,
называемая Мезіей и спускающаяся вмѣ-
стѣ съ Дунаемъ до самаго Понта... Въ ней
живутъ Дарданы, Целегеры, Трибаллы, Ти-
махи, Мезы, Фракіиды и по сосѣдству
Понта Скиѣны....

LIBER IV.

КНИГА 4.

§ 39. Haec est Macedonia terra-
rum imperio potita quondam, haec Asiam,
Armeniam, Hiberiam, Albaniam, Cappado-
ciam, Syriam, Aegyptum, Taurum, Cauca-
sum transgressa...

Такова Македонія, пѣкогда влады-
чествовавшая надъ міромъ, перешедшая
Азію, Арменію, Иверію, Албанію, Каппа-
докію, Сирію, Эгипетъ, Тавръ и Кавказъ...

§ 41... Haemi excelsitas VI passuum
subitur. Aversa eius et in Histrum devexa
Moesi, Getae, Aodi, Scaugdae Clariaeque, et
sub iis Arraei Sarmatae, quos Areatas vo-
cant, Scythaeque et circa Ponti litora Mo-
riseni Sithonique Orphei vatis genitores
ortinent.

Высота Гѣма достигаетъ 6000 шаговъ.
Задніе склоны его, обращенные къ Истру,
занимаютъ Мезійцы, Геты, Аоды, Скавгды,
Кларіш, а ниже ихъ *живутъ* Аррейскіе
Сарматы, называемые Ареатами, *дальше*
Скиѣны, а по берегамъ Понта — Моризены
и Сиѣоны, родичи поэта Орфея.

§ 44... Thracia altero latere a Pontico
litore incipiens, ubi Hister amnis inmergitur,
vel pulcherrimas in ea parte urbes ha-
bet, Histropolin Milesiorum, Tomos, Calla-
tim quae antea Cerbatis vocabatur. He-
racleam habuit et Bizonen terrae hiatus
raptam, nunc habet Dionysopolim Crunon
antea dictam. adluit Zyras amnis. Totum
eum tractum Scythae Arotères cognominati
tenuere. eorum oppida Aphrodisias, Libis-
tus, Zygere, Rhocobae, Eumenia, Partheno-
polis, Gerania...

Фракія съ одной стороны начинается
отъ берега Понта, гдѣ впадаетъ *съ нею*
Истръ; въ этой части *ея* лежатъ прекрас-
нѣйшіе города: основанный Милитянами
Истрополь, Томы и Каллатія, прежде на-
зывавшаяся Кербатидою. Здѣсь же лежали
Ираклея и Визопа, поглощенная развер-
шеюся землею, теперь остается Діонисо-
поль, прежде называвшійся Круномъ.
Здѣсь течетъ рѣка Зира. Всю эту область
занимали Скиѣны, называемые пахарями.
У нихъ *были* города: Афродисіада, Ли-
вистъ, Зигера, Рокоты, Евменія, Парѣно-
поль и Геранія...

§ 75. Quartus e magnis Europae sinus
ab Hellesponto incipiens Maeotis ostio fi-
nitur. sed totius Ponti forma breviter con-
spectenda est, ut facilius partes noscantur.

Четвертый изъ большихъ Европей-
скихъ заливовъ начинается отъ Геллес-
понта и кончается устьемъ Мѣотиды.
Но намъ необходимо вкратцѣ описатьъ

Vastum mare praeiacens Asiae et ab Europa porrecto Cherronesi litore expulsus angusto meatu inrumpit in terras, VII stadiorum, ut dictum est, intervallo Europam auferens Asiae. primas angustias Hellespontum vocant. hac Xerxes Persarum rex constrato in navibus ponte duxit exercitum. porrigitur deinde tenuis Euripus LXXXVI spatio ad Priapum urbem Asiae, qua Magnus Alexander transcendit. (76) inde exspatiatur aequor rursusque in artum coit. laxitas Propontis appellatur, angustiae Thracius Bosphorus, latitudine quingentorum passuum, qua Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. tota ab Hellesponto longitudo CCXXXIX. Dein vastum mare Pontus Euxinus, qui quondam Aenus, longe refugientes occupat terras magnoque litorum flexu retro curvatus in cornua ab his utrimque porrigitur, ut sit plane arcus Scythici forma. Medio flexu iungitur ostio Maeotii lacus. Cimmericus Bosphorus id os vocatur, II quingentos passus latitudine. (77) At inter duos Bosphoros Thracium et Cimmericum directo cursu, ut auctor est Polybius, D intersunt. circuitu vero totius Ponti vicinus semel, ut auctor est Varro et fere veteres. Nepos Cornelius CCCL milia adicit, Artemidorus vicies semel et decem novem milia facit, Agrippa [XXIII] LX, Mucianus [XXIII] XXV. Simili modo de Europae latere mensuram alii [XIII] LXXXVIII determinaverunt, alii [XI]. (78) M. Varro ad hunc modum metitur: Ab ostio Ponti Apolloniam CLXXXVII D p., Callatim tantundem, ad ostium Histri CXXV, ad Borysthenen CCL, Cherronesum Heracleotarum oppidum CCCLXXV p., ad Panticapaeum quod aliqui Bosphorum vocant, extremum in Europae ora, CCXII D, quae summa efficit [XIII] XXXVII D. Agrippa a Byzantio ad flumen Histrum DLX, inde Panticapaeum DCXXXV. Lacus ipse Maeotis Tanain amnem ex Ripaeis montibus defluentem accipiens, novissimum inter Europam Asiamque finem, [XIII] VI circuitu patere traditur, ab aliis [XI] XXV. Ab ostio eius ad Tanais ostium directo cursu CCCLXXV esse constat. accolae sinus eius in mentione Thraciae dicti sunt Histropolin

фигуру всего Понта, чтобы удобнѣе познаться съ отдѣльными его частями. Это обширное море, лежащее передъ Азіей и отодвинутое отъ Европы длиннымъ берегомъ Херсониса, прѣзывается узкимъ проливомъ между землями и отдѣляетъ, какъ сказано, Европу отъ Азіи промежуткомъ въ 7 стадій ширины. Первый узкій проливъ называется Геллеспонтомъ. Здѣсь Персидскій царь Ксерксъ перевелъ свое войско по насланному на корабляхъ мосту. Затѣмъ тянется узкій Евриппъ на пространствѣ 86000 шаговъ до Азіатскаго города Приапа, гдѣ совершилъ переправу Александръ Великій. (76) Затѣмъ водное пространство расширяется и снова суживается; широкое мѣсто называется Пропонтидой, а узкое — Тракійскимъ Воспоромъ; *послѣдній имѣетъ* въ ширину 500 шаговъ тамъ, гдѣ отецъ Ксеркса Дарій перевелъ по мосту свои войска. Всего отъ Геллеспонта *считается* 239000 шаговъ длины. Затѣмъ широкое море, называемое Понтомъ Евксинскимъ, а прежде называвшееся Аксенскимъ, омываетъ весьма отдаленныя земли и, изогнувшись назадъ огромнымъ изгибомъ береговъ, тянется въ обѣ стороны въ видѣ дугъ, такъ что выходитъ воистиннѣ форма сѣмьскаго лука. По срединѣ этого изгиба *Понтъ* соединяется съ устьемъ Маотійскаго озера. Это устье называется Киммерійскимъ Воспоромъ и въ ширину имѣетъ 2500 шаговъ. (77) Расстояние между обоими Воспорами, Тракійскимъ и Киммерійскимъ, по прямому направлению имѣетъ, по свидѣтельству Плинія, 500000 шаговъ. Весь же Понтъ, по словамъ Варрона и вообще древнихъ писателей, имѣетъ въ окружности 2000000 шаговъ. Корнелій Непотъ прибавляетъ 350000 ш.; Артемидоръ даетъ 2019000 ш.; Агриппа — 2360000 шаговъ; Муціанъ — 2425000 ш. Подобнымъ же образомъ длину Европейской стороны одни опредѣлили въ 1479000 ш., другіе — въ 1100000 шаговъ. (78) Маркъ Варронъ измѣряетъ слѣдующимъ образомъ: отъ входа въ Понтъ до Аполлоніи — 187500 ш., *отсюда* до Каллати столько же, *отсюда* до устья Истра 125000 ш., *отъ Истра* до Борисеена — 250000 ш.; до Ираклійскаго города Херсониса — 375000 ш., до Пантикапэа, нѣкоторыми называемаго Воспоромъ, крайняго пункта на Европейской

usque. (79) Inde ostia Histri. Ortus hic in Germania iugis montis Abnoae ex adverso Raurici Galliae oppidi, multis ultra Alpes milibus ac per innumeras lapsus gentes Danuvi nomine, inmenso aquarum auctu et unde primum Illyricum adluit Hister appellatus, LX amnibus receptis, medio ferme eorum numero navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus evolvitur. Primum ostium Peuces, mox ipsa Peuce insula, in qua proximus alveus * appellatus XIX p. magna palude sorbetur. ex eodem alveo et super Histropolin lacus gignitur LXIII passuum ambitu, Halmyrin vocant. secundum ostium Naracustoma appellatur, tertium Calonstoma iuxta insulam Sarmaticam, quartum Pseudostomon, dein insula Conopon diabasis, postea Borionstoma et Spireonstoma. singula autem ora tanta sunt ut prodatur in XL passuum longitudinis vinci mare dulcemque intellegi haustum.

